
3 1761 04262 5871



COLECCION

DE

DOCUMENTOS INÉDITOS DEL ARCHIVO GENERAL

DE LA

CORONA DE ARAGON,

publicada de Real órden

POR

EL ARCHIVERO MAYOR

D. Próspero de Bofarull y Mascaró.

TOMO IV.

JP
154
B64
v.4



PROCESOS
DE LAS ANTIGUAS CORTES
Y PARLAMENTOS

DE

CATALUÑA, ARAGON Y VALENCIA,

CUSTODIADOS EN EL ARCHIVO GENERAL

DE LA

CORONA DE ARAGON,

Y PUBLICADOS DE REAL ÓRDEN

POR

el Archivero mayor

D. Próspero de Bofarull y Mascaró.

Tomo IV.

BARCELONA,

En el establecimiento litográfico y tipográfico de

D. JOSÉ EUSEBIO MONFORT.

1849.

DOCUMENTOS RELATIVOS Á LA UNION DEL CONDADO DE BARCELONA CON EL REINO DE ARAGON, AL GOBIERNO Y CASA REAL DE SUS MONARCAS, INSTITUCION Y RÉGIMEN DE SUS MUNICIPALIDADES, Y CELEBRACION DE SUS CORTES.

INTRODUCCION.

Despues de publicados en la primera serie de la Coleccion general de documentos inéditos de este Archivo todos los que hemos juzgado conducentes para ilustrar el gran negocio de los parlamentos de Cataluña, Aragon y Valencia, y del Compromiso de Caspe, desde los últimos años del reinado de don Martin de Aragon, hasta los primeros de la nueva dinastía del electo don Fernando *de Antequera*, infante de Castilla, y muerte de su antagonista, el conde de Urgel, don Jaime *el desdichado*, darémos á luz en esta segunda serie otros monumentos históricos, que pueden servir, en nuestro concepto, á los escritores públicos para esclarecer las instituciones políticas de los Estados de que se componia esta corona, y particularmente sus antiguas córtes, objeto principal de nuestro propósito, á tenor de las Reales disposiciones.

Y como para formar la verdadera idea de estos congresos ó cuerpos legislativos, que convocaba y presidia el monarca, con asistencia del clero, nobleza y pueblo de los respectivos reinos, sea indispensable tenerla anticipada del tiempo y modo como estos se unieron y engrandecieron, hasta llegar á su apogeo en los siglos medios, á beneficio de tratados y conquistas, y de sus buenas instituciones políticas, tanto reales como municipales; dividirémos la materia en cuatro partes, insertando en cada una de ellas, á la letra y por su órden cronológico, los documentos que mas puedan ilustrarla.

En la 1.ª, bajo el epígrafe: *Union del Condado de Barcelona con el reino de Aragon,* presentarémos todos los documentos interesantes y curiosos que custodia este Archivo, referentes á la época, y enlace del conde de Barcelona don Ramon Berenguer IV con doña Petronila de Aragon, hija de don Ramiro *el monje,* desde el testamento del conde don Ramon Berenguer III en 1131, hasta la abdicacion de la reina á favor de su hijo don Alfonso *el Casto* en 1173, despues de la muerte del padre; pues no cabe duda que á esta dichosa union, y al poderío, talentos, política, relaciones y victorias de este esclarecido conde, debió la España Oriental su completa restauracion cerca de tres siglos antes que la Occidental, en tiempo de los Reyes Católicos.

En efecto, con la mayor representacion y fuerza que adquirieron entonces estos reinos, y las rápidas y simultáneas conquistas de todas las plazas fuertes de las márgenes del Cinca, Segre y Ebro, y especialmente de las

de Fraga, Lérida, Mequinenza y Tortosa, hasta el puerto de los Alfaques, abrió este conde á su magnánimo bisnieto don Jaime I los mares para la conquista de Mallorca, y las puertas del reino de Valencia hasta mas allá de la ciudad de Murcia, donde tuvo que hacer alto, acaso por no violar los tratados que mediaban con sus deudos, los reyes de Castilla, ó por otras razones que pueden dilucidarse con el exámen de su crónica y con el de los documentos del reinado de este gran monarca, que á su vez figurarán en esta misma Coleccion.

En la 2.ª parte, bajo el epígrafe: *Gobierno y Casa Real de los monarcas de Aragon*, darémos á luz otros muchos documentos, bastantes, en nuestro concepto, para dar á conocer la forma de gobierno, tanto público como doméstico, de estos soberanos en los siglos medios, en que la perfeccionó el talento y perspicacia de don Pedro IV de Aragon con tantas y tan acertadas ordenaciones, estatutos y reglamentos políticos, militares y de etiqueta, que con razon le merecieron el singular dictado de *Ceremonioso*, con que se le distinguió en su tiempo; y cuando ya sus estados se estendian no solo á la porcion de península española que tocara á estos monarcas en sus repartimientos con los de Castilla, si que tambien á diferentes puntos de Asia, África é Italia; y mientras sus numerosas escuadras señoreaban el Mediterráneo, y las barras de Aragon ondeaban desde la antigua Bizanzio, hasta las columnas de Hércules, como puede verse en nuestros mas clásicos historiadores, y particularmente en las *Memorias sobre la marina, comercio y artes de la antigua ciudad de Bar-*

celona del erudito é infatigable investigador don Antonio Campmany.

En la 3.ª parte, y bajo el epígrafe: *Municipalidades,* publicarémos en seguida y con el mismo órden algunos privilegios, estatutos y reglamentos que los monarcas de Aragon, descendientes del conde don Ramon Berenguer IV y de la reina doña Petronila, fueron concediendo parcial y progresivamente, despues de sus gloriosas conquistas, á las ciudades, villas y lugares de sus dominios, para ereccion y régimen de los cuerpos de la administracion civil y económica, con denominacion de paheres, conselleres, jurados ó cónsules de los comunes, luego que el cúmulo de negocios que les ocasionó la vasta estension de Estados, la mayor cultura de sus súbditos, el aumento de vecindario en las poblaciones antiguas y en las que de nuevo se fundaron, y finalmente el acrecentamiento de la agricultura, artes y comercio, les precisaron á ceder ó confiar á los mismos pueblos su gobierno interior, y á despojarse de una regalía que habian ejercido desde los primeros siglos de la restauracion, por sí solos ó por el corto número de sus oficiales reales, sin intervencion alguna del pueblo, sino cuando el soberano autorizaba las juntas ó reunion de los padres de familia para tratar de los asuntos comunales que les interesaban.

Con tan sabias y adelantadas instituciones municipales y con el estímulo de privilegios, libertades, cartas-pueblas y otras mercedes, lograron con el tiempo aquellos previsores monarcas encender el patriotismo y captarse el amor y adhesion de los pueblos, que á compe-

tencia les facilitaron sumas inmensas, en cuotas de frutos y otras voluntarias imposiciones, para su reincorporacion á la Corona, y á fin de cubrir los grandes gastos que necesitaron hacer para el feliz éxito de sus continuas espediciones y empresas. Entretanto las mas señaladas ciudades, villas y lugares merecieron en recompensa de estos servicios el inestimable privilegio de sentarse en los escaños de las córtes, donde, con denominacion de Brazo Real y al pié del mismo trono, le defendieron mas de una vez de los ataques del feudalismo.

En la 4.ª y última parte de la serie, y con el epígrafe: *Córtes*, darémos finalmente un sucinto estracto del formulario de los procesos de la clase que custodia este Archivo, insertando en sus respectivos lugares, al pié de la letra, todos los documentos que considerarémos interesantes y dignos del exámen de los literatos que gusten dedicarse á esclarecer una institucion tan acatada, como poco controvertida, ya sea por las circunstancias de los tiempos pasados, ó ya por no haberse formado hasta los presentes una compilacion de actas de aquellos célebres congresos, que han sido en todos tiempos y hasta nuestros dias el paladion de los españoles en los grandes apuros del Estado.

Si la irreparable pérdida de los archivos de Zaragoza en los gloriosos pero asoladores sitios que sostuvo aquella heróica ciudad, durante la alevosa guerra de la Independencia, no lo imposibilitara, el ilustrado gobierno de S. M. se aprovecharia de aquella malograda riqueza, reuniendo á la compilacion de este Archivo que damos á

luz, los muchos procesos y escrituras de la misma cuerda que, segun Blancas y otros sabios escritores, existian en aquellos preciosos depósitos, con lo cual se completaria esta coleccion y quedarian enteramente satisfechos los deseos de la Reina N. S. (q. D. g.); pero ya que esta medida sea irrealizable, podrán aprovecharse otros muchos procesos de las córtes de estos reinos de Aragon, que se hallan diseminados en los archivos de Simancas, Valencia, Tarragona y otras poblaciones, y darán materia para algun apéndice.

Debemos advertir, que, aunque Carbonell, Peguera, Zurita, Blancas, Diago, Marca, el malogrado don Pablo Piferrer y otros escritores hayan dado noticia y copias de documentos de este Archivo, sobre las mismas cuestiones que principalmente nos proponemos ilustrar en esta 2.ª serie de la Coleccion general; no por esto dejarémos de continuar en ella todos los que existen en este depósito de fé pública, sin reparar en que uno ú otro haya sido publicado aisladamente por los citados escritores; pues á mas de ciertas variantes que hemos notado en alguna de sus copias, nos obliga á no omitir las nuestras la poderosa consideracion de que, no todos los aficionados que acudan á esta Coleccion general para ilustrarse tendrán á mano las obras de los citados escritores. Sin embargo, como en estas se encuentran tambien diferentes copias de escrituras sacadas de otros archivos, que no existen en éste, y son al mismo tiempo muy necesarias para la ampliacion de las pruebas históricas que pueden necesitarse, no debe descuidarse su detenido exámen.

Con esta serie de documentos, y otros muchos de igual clase que en casos particulares podrá facilitar este Archivo á las personas que los necesiten, creemos que tendrán los escritores públicos suficientes pruebas para ilustrar la constitucion política de los diferentes Estados de que se componia la antigua Corona de Aragon en los siglos medios, y para la aclaracion de otros puntos históricos que de ellos se desprenden, y son igualmente objeto de esta Coleccion.

PARTE PRIMERA.

UNION DEL CONDADO DE BARCELONA CON EL REINO DE ARAGON.

DON RAMON BERENGUER IV Y DOÑA PETRONILA.

I.

Perg. nº 6 (1)
19 julio 1131.

Postquam a paradisi gaudiis propter inobedientiam suam humanum genus exclusum est et juste mortis incurrit periculum ne eternaliter hoc vinculo detineretur semper Conditor pie miseratus ammonuit. Quod ego Raimundus Berengarii gratia Dei barchinonensis comes et marchio multum mecum retractans tantique sententiam judicis propter enormitatem meorum peccaminum valde pavescens dum vivo et valeo et loqui possum credidi ordinandas omnes res

(1) Las citas marginales se refieren á la coleccion de pergaminos de don Ramon Berenguer IV; y la letra A, que aparece en algunas, indica que el documento ha sido sacado del apéndice de dicha coleccion. Los documentos que no llevan anotada al márgen su fecha, pertenecen á la coleccion de los de su clase, que tiene dicho reinado, y á ella se refiere el número que llevan. Las fechas notadas al márgen espresan el año de la encarnacion.

meas prout ipse inspirare dignatus est Igitur in nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti facio hoc meum testamentum et eligo manumissores meos scilicet dominum Ollegarium tarraconensem archiepiscopum et Berengarium gerundensem episcopum et Raimundum episcopum ausonensem et Aymericum fratrem meum et Guillermum Raimundi Dapiferum et Berengarium de Cheralt et Gaucerandum de Pinos et Guillermum de Cardona et Raimundum Bernardi de Guardia et Guillermum Gaufredi de Cerviano et Riamballum de Baseia et Raimundum Bernardi ut isti distribuant omnes res meas sicut hic invenerint scriptum. In primis dimitto Sancte Marie Rivipullensis cenobii corpus meum ut ibi sepeliar ubicumque me mori contigerit. Et dimitto ei villam de Isogol ab integro cum omnibus pertinentiis et afrontationibus ac terminis suis sine blandimento ullius hominis vel femine cum omnibus adempramentis que ibi habuit vel habere ullo modo potuit unquam potestas cum molendinis molendinariis aquis aquarum vieductibus vel reductibus pratis pascuis silvis garricis et cum omnibus que ad se pertinent sive infra sive extra terminos ejus contineantur ut nec senioraticum neque bajuliam nec quicquam omnino aut servicii aut usatici vel ullius hereditatis quicquam ibi habeat ullus homo nec bonum nec malum nisi Sancta Maria et monaci ejus in perpetuum secundum illorum voluntatem ut semper offerant Deo sacrificia et libamenta pro anima mea et parentum meorum. Item dimitto eidem Sancte Marie dominicaturas meas de Septem Casis et de Lanars cum suis omnibus pertinentiis et cum omnibus meis equabus quas habeo ubicumque sint. Item dimitto sedi Sancte

Crucis Sancteque Eulalie omnem decimam navium barchinonensium ex meis directis: et ad canonicam ipsius sedis ipsas meas franchedas de Curtibus et ipsa molendina de Stadella que habuit Ricardus Guillermi pro remedio anime mee. Item dimitto eidem sancte sedi omne ipsum directum et voces et auctoritates quas querelabam in domibus que fuerunt Raimundi Dalmacii pro emendatione illius turrię et muri quod addidi meo palatio. Item dimitto Sancto Petro Puellarum illam pariliatam quam Raimundus Poncii tenet in pignus pro me pro L morabatinis: et redimant illam puelle. Cenobio Sancti Cucuphatis dimitto omnes meas franchedas quas habeo infra suum honorem pro emendatione illius tabule quam inde habui et pro remedio anime mee simul cum Monte Majori qui est super Calidas sicut ego illum habeo et per directum habere debeo et in scripturis Sancti Cucuphatis terminatur et resonat. Cenobio Sancti Laurentii Montis unum de melioribus mansis quos habeo in Terraza. Sancte Marie Montis Serrati unum de melioribus mansis quos habeo in Apiera. Sancte Marie de Calidis unum de melioribus mansis quos ibi habeo ut una lampas semper ibi ardeat pro anima mea. Sancto Michaeli de Fallio unum de melioribus mansis quos habeo in Villa majore. Sancto Sebestiano Penitensi unum de melioribus mansis quos habeo in Avinione. Canonice Sancti Petri sedis Vici ipsum mansum quem Berengarius capud scole tenuit per laborationem ut prius restauretur ecclesie argentum quod inde habui et postea habeat illum prefata canonica pro remedio anime mee. Sancto Petro de Castrisserris unum de melioribus mansis quos habeo in Franciag prope villam Albini. Sancto Petro de Cervaria ipsum mo-

lendinum quod dicitur de Vergos et vineas quas habeo in Molnellis. Sancto Petro de Archellis ipsum campum qui est ante ipsum locum prope viam que transit per transversum de Monte Pavoni. Sancto Benedicto de Badiis dimitto vineas que erant in contentu in termino Cervarie in valle de Molnellis et unum mansum in Minorisa et vineas que sunt in contentu inter me et ipsum locum. Sancte Cecilie Montis Serrati unum mansum in Terracia. Dimitto etiam Sancte Marie sedis Gerunde omnes capellanias quas habeas in episcopatu gerundensi solide et libere et ad ipsius canonicam ipsam ecclesiam de Buada cum decimis et primiciis et oblationibus universis tali modo ut cum victus in ipsa canonica quacumque occasione defecerit prefate ecclesie de Buada fructus habeant prefate sedis canonici in victum comunem. Cum vero per Dei gratiam in ipsa canonica victus more solito habundaverit prefate ecclesie de Buada fructus omnes sint ad restauramentum ipsius ecclesie et altaris Sancte Marie. Et Sancto Felici Gerunde et Sancte Marie sedis dimitto ipsam vineam que fuit Bernardi Raimundi sacriste. Cenobio Sancti Petri Gallicantus ad operam ipsius ecclesie dimitto tertiam partem gerundensis monete ita ut predicti mei elemosinarii faciant eam mittere in opera ipsius ecclesie usque habeant ibi missos ducentos morabatinos. Sancto Daniheli Puellarum unum mansum in Calidis. Sancte Marie Amerensi unum mansum in Calidis qui fuit de Artallo Vitallis. Sancto Michaeli de Crudilliis unum mansum in Palacio Frugelli. Sancti Felici Guissalis unum mansum cum vineis que erant in contentu inter me et illum. Sancto Salvatori de Breda illam terram totam quam Gaufredus Bonissimi dimisit eidem Sancto Salvatori cum vinea.

Sancto Paulo de Maritima unum mansum in Monte Palatio. Sancto Paulo foris murum Barchinone unum mansum in Avinione. Sancto Petro Campirotundi dimitto campum ipsum quem tenet Guillermus Udalardi cum consilio rivipullensis abbatis et G. prioris. Sancto Michaeli Coccanensi dimitto omnes albergas et toltas et forcias quas in honore ejusdem monasterii ubi ut habui cum uno de melioribus mansis quos habeo in Frumigera et villa de Eu cum omnibus pertinentiis suis quam habet in pignus Raimundus Bernardi per DC solidos monete melgurensis. Et si ego non recuperabo illam ante mortem meam donet illi abbas Sancti Michaelis DC solidos et habeat villam ad integrum. Excipio tamen ab hac laxatione Sancti Michaelis illud quod habeo in Ariano et in Centens. Sancte Marie Celsone dimitto medietatem decime de Meresana quam Raimundus Mironis de Pugalt tenet in pignus per C morabatinos quam ipsi redimant tantum et habeant illam cum vinea quam clericus Cervarie dimisit eidem loco. Sancto Martino de Canigone unum mansum in Corneliano. Sancte Marie Bisulluni unum mansum in Moio. Sancto Petro Bisulluni unum mansum in Moione. Sancto Micheli Fluviani unum mansum in Palatio Frugelli propter violationem quam feci in ejus sacraria. Sancto Petro Rodensi duos mansos in Palatio Frugelli pro emendatione mali quod ei feci et ut cotidie celebrent missas pro anima mea. Ad Sanctam Mariam de Stagno dimitto cum consilio domini Raimundi ausonensis episcopi ipsam capellaniam de Modeiano cum omnibus alodiis eidem ecclesie Sancte Marie pertinentibus tali conditione ut in ipsa congregatione de Stagno addatur unus regularis canonicus qui semper celebret Deo missas pro ani-

ma mea. Sancto Stephano de Balnoles totum quod est comitale et quod habeo ad integrum in villa Savarres. Ad Sanctum Laurentium super Bisulle omnes albergas et toltas et forcias quas habeo in ejus honore dimitto et unum de melioribus mansis in Pratis. Cenobio Sancti Johannis totum meliorem mansum de Pratis. Sancte Marie Villebertrandi unum mansum in Palatio Frugelli. Sancte Marie Arularum albergas quas habeo in ejus honore de Plano de Curtis. Sancte Marie de Corneliano unum mansum in Corneliano. Ad Sanctum Sepulcrum Domini unum de melioribus mansis in Langostera. Ad cavalleriam Jherusalem equum meum Danc cum omni armatura mea. Ad Hospitalem Jherusalem dimitto unum mansum in Villa Majore juxta alium quem dedi ei et equum meum nigrum quem redimat filius meus Raimundus mille solidis. Dimitto etiam Deo omnes leudas et malos usaticos quos noviter misi in civitatibus meis. Omnem alium meum honorem dimitto Raimundo Berengarii filio meo et Barchinonam et comittatum barchinonensem cum omnibus sibi pertinentibus et cum omni honore marchiarum et Hispaniarum et episcopatum predicte civitatis et comitatum tarraconensem et archiepiscopatum ejus cum omnibus sibi pertinentibus et castrum de Stopagnano et de Podeo Rubeo et de Castrisserris et de Pinzano et de Camarasa et de Cubellis et castrum de Barberano et alia castella et omnia alia que pertinent ad ista supradicta et quod avus meus Raimundus Berengarii reliquit mihi in Cardona et in Guardialada in suo testamento et comitatum ausonensem et episcopatum ejus cum omnibus sibi pertinentibus et castrum Cervarie cum omnibus sibi pertinentibus et comitatum Minorise cum

omnibus sibi pertinentibus et comitatum et episcopatum gerundensem cum omnibus sibi pertinentibus et ipsam dominationem et bajuliam quam habeo in Petralata et comitatum bisullunensem vallespirensem foliolitensem petrapertusensem cum omnibus sibi pertinentibus et comitatum ceiritaniensem et confluentensem berchitanensem cum omnibus sibi pertinentibus et Castel Follit de Rivo Meritabili et Malacara et ipsam dominationem et bajuliam quam habeo in Petralata cum omnibus sibi pertinentibus et comitatum carcasonensem et episcopatum cum omnibus sibi pertinentibus et comitatum redensem cum omnibus pertinentibus suis. Berengario Raimundi filio meo dimitto omnem meum honorem Provincie et comitatum et archiepiscopatus et episcopatus et abbatias et omnia que ibi habere debeo et illum quem habeo in Rotensi patria et in Gavallano et in Karlateso cum civitatibus et archiepiscopatibus et episcopatibus et castellis et omnibus ad predictos honores pertinentibus ita ut ipse maritet sorores suas honorifice cum consilio archiepiscoporum et episcoporum et magnatuum Provincie. Si autem evenerit alterum horum obire sine filiis de legitimo conjugio revertantur predicta omnia ad illum qui superstes extiterit. Omnes honores meos sicut superius testatus sum dimitto filiis meis exceptis illis quos sanctis Dei dimisi. Et dimitto Sancto Petro de Roma et domino pape C morabatinos et ad Sanctam Mariam de Podio L et ad Sanctum Jachobum de Gallesia L et mando ut mei elemosinarii teneant medietatem de dominicaturis et usaticis meis donec persolvant omnia ista debita et alia que hic scripta non sunt et induant CCC pauperes de tunicis. Si filii mei dederint vel vendiderint aliquid de honoribus a me sibi dimissis

usque habeant XXV annos non valeat. Et dimitto filios meos in potestate Dei et sancte Dei genitricis Marie et bajulia beati Petri apostolorum principis et domini pape seu omnium archiepiscoporum et episcoporum et magnatuum totius mee dominationis ac terre qui juste et fideliter voluerint agere erga me et filios meos. Si filie mee ipsa de Castella et illa de Fuxo reverse fuerint in terra mea filius meus Raimundus Berengarii cum consilio magnatum meorum maritet eas honorifice cum meo honore et meo avere et interim ipsa de Castella stet in Lagostera et ipsa de Fuxo in Ripis et Berengarius Raimundi de Provincia faciat similiter de aliis. Si Raimundus Berengarii et Berengarius Raimundi filii mei obierint sine filiis de legitimo conjugio remaneant omnis honor quem relinquo filio meo Raimundo ad filiam meam de Castella et ad filios ejus et omnis honor quem relinquo Berengario Raimundi filio meo remaneat aliis filiabus meis. Adhuc dimitto Sancte Marie de Crassa pro emendatione de suo avere quod habui ipsam albergam de Pediano quousque Raimundus filius meus donet ei in pace ipsam albergam de Astagel et tam ibi quam in aliis sanctis locis a me hereditatis omni tempore Deum exorent pro anima mea habitantes in eis (1). Factum est

---

(1) En este traslado se advierte que el escribiente puso inadvertidamente la fecha del traslado antes que el año 1131, en que el conde otorgó el testamento; del mismo modo que el nombre del conde y de los testigos que lo presenciaron ; y por consiguiente no debe estrañarse la repeticion de aquella fecha. En lo demás dicha copia ó traslado está exacta, menos en algunas variantes de poca monta y de ortografía, con las que han publicado algunos escritores, especialmente con la del arzobispo Marca, que la sacaria del mutilado libro grande de los feudos de este archivo.

translatum V kalendas aprilis anno ab incarnatione Domini MCCIIII. Anno dominice incarnationis MCXXXI.° Sig✠num Raimundi comes.—Sig✠num Aimerici de Narbona. Sig✠num Guillermi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Raiambaldi de Bascia. Sig✠num Guillermi Gaufredi de Cerviano. Sig✠num Raimundi Renardi. Sig✠num Ollegarii archiepiscopus. Sig✠num Berengarius Dei gratia gerundensis ecclesie episcopus. Sig✠num Bernardi de Bellog.—Sig✠num Raimundi Comes.—Petrus scriptor translatavit hoc testamentum in anno ab incarnatione dominice MCCIIII V kalendas aprilis cum literis rasis et emendatis in VII et XXI linea et suprascriptis in XXXVII et quadragesima prima ✠.

II.

Reg. 1. fol. 5′
oct. 1131.

In nomine summi et incomparabilis boni quod Deus est. Ego Adefonsus aragonensium et pampilonensium sive ripacorcensium rex cogitans mecum et mente pertractans quod omnes homines natura mortales genuit proposui in animo meo dum vita et incolomitate potior ordinare deregno a Deo mihi concesso et de possessionibus ac redditibus meis quomodo sit post me. Igitur divinum timens judicium pro salute anime mee necnon patris et matris mee et omnium parentum meorum facio hoc testamentum Deo et Domino nostro Jhesu-Christo et omnibus sanctis ejus et bo-

no animo et spontanea voluntate offero Deo et Beate Marie pampilonensium Sanctoque Salvatori legiorensi castrum Stelle cum tota villa et cum omnibus que ad jus regale pertinent ut medietas sit Sancte Marie et medietas sit Sancti Salvatoris. Similiter dono Sancte Marie nagarensi et Sancto Emiliano Castellum nagarense cum omnibus rebus sive honoribus qui pertinent ad illud castrum. Castrum quoque de Tubia cum toto suo honore: et istorum omnium media pars sit Sancte Marie et media pars Sancti Emiliani. Offero quoque Sancto Salvatori de Onia castrum Belforad cum toto suo honore. Dono itidem Sancto Salvatori de Obieto Sanctum Stephanum de Gormaz et Almazanum cum omnibus suis pertinentiis. Dono etiam Sancto Jacobo de Gallicia Calagurram et Cerberam et Tutillon cum omnibus suis pertinentiis. Sancto etiam Dominico de Silos do castrum Sangosse cum villa et cum duobus burgis novo et veteri et mercatum ejusdem. Do etiam Beato Babtiste Johanni de Pinia et Beato Petro de Ciresa omnes illas dotes que fuerunt matris mee scilicet Bel et Bailo et Astorit et Ardenes et Sios et omnes illas que poterint inquirere quod fuerunt dotaria matris mee: et horum media pars sit Sancti Johannis de Pinna et media pars sit Sancti Petri de Ciresa cum omnibus pertinentiis suis. Itaque post obitum meum heredem et successorem relinquo michi sepulcrum Domini quod est Jherosolimis et eos qui observant et custodiunt illud et ibidem serviunt Deo et ospitale pauperum quod Jhierosolimis est et templum Domini cum militibus qui ad defendendum christianitatis nomen ibi vigilant. His tribus totum regnum meum concedo. Dominicatum quoque quem habeo in tota terra regni mei principatum quoque et jus

quod habeo in omnibus hominibus terre mee tam in clericis quam in laicis episcopis abbatibus canonicis monachis obtimatibus militibus burgensibus rusticis et mercatoribus viris et mulieribus pusillis et magnis divitibus ac pauperibus judeis etiam ac sarracenis cum tali lege et consuetudine quale pater meus et frater meus et ego actenus habuimus et habere debemus. Addo etiam militie Templi equum meum cum omnibus armis meis et si Deus dederit michi Tortosam tota sit ospitalis ihierosolimitani. Preterea quia non est mirum si fallimur qui homines sumus si qua ego aut pater meus sive frater ecclesiis terre nostre sedibus aut monasteriis de rebus honoribus vel posessionibus injuste abstulimus rogamus et jubemus ut prelati et domini Sancti Sepulcri et Ospitalis et Templi juste restituant. Eodem modo si cui homini meo viro vel mulieri clerico vel laico aut ego aut aliquis antecesorum meorum hereditatem suam injuste abstulimus ipsi . . . . . et juste restituant. Similiter de proprietatibus que nobis vel antecessoribus nostris hereditario jure debentur preter ea que sanctis locis tradita sunt ab integro relinquo eas sepulcro Domini et ospitali pauperum et milicie Templi tali tenore ut post mortem meam illi qui per me tenent eas teneant in tota vita sua sicut per me et post mortem illorum sint ab integro Sepulcri et Ospitalis et Templi et cui dare voluerint eas. Hoc modo totum regnum meum ut supra scriptum est et totam terram meam quantum ego habeo et quantum michi remansit ab antecessoribus meis et quantum ego adquisivi vel in futurum auxiliante Deo adquiram et quicquid ego ad presens do et in antea juste dare potero totum tribuo et concedo sepulcro Christi et ospitali pauperum et tem-

plo Domini ut ipsi habeant et possideant per tres justas et equales partes. Hec omnia suprascripta dono et concedo domino Deo et sanctis superius scriptis ita propria et firma ut hodie sunt mea et habeant potestatem dandi et auferendi. Et si aliquis eorum qui modo habent istos honores vel habebunt in futurum voluerint se erigere in superbiam et noluerint recognoscere istis sanctis sicut michi mei homines et mei fideles appellent de traditione et de baudia sicut facerent si ego essem vivus et presens et adjuvent eos per fidem sine fraude. Et si in vita mea placuerit michi quod de istis honoribus superius dictis voluerim relinquere vel Sancte Marie vel Sancto Johanni de Pigna vel aliis sanctis illi qui tenuerint eas accipiant a me quod valeat. Hec autem omnia facio pro anima patris mei et matris mee et remisione omnium peccatorum meorum et ut merear habere locum in vita eterna. Facta carta in era MCLXVIIII in mense octobris in obsessione Baione.— Sancius Petre-Rubee scriptor regis scripsit cartam.

III.

Perg. nº 15.
16 oct. 1132.

Hoc est translatum fideliter translatatum. Sit notum omnibus quoniam hec convenientia que est facta inter Raimundum comitem Barchinone et Gaucebertum de Peralada et Raimundum de Torreies et Eimericum fratrem eius. Nos

igitur supradicti Gaucebertus scilicet et Raimundus atque Eimericus frater meus mittimus tibi Raimundo jamdicto comiti Barchinone nostram villam que vocatur Peralada in custodia et in bajulia tua et in deffensione et donamus inde tibi bajuliam cum omnibus in se existentibus vel ad se qualicumque modo pertinentibus et cum omnibus suis terminis et apendiciis cum hominibus et feminabus qui ibi nunc permanent vel in antea ibi sunt permansuri. Tali videlicet modo ut tu prephatus Raimundus comes Barchinone et tui succesores habeatis ibi intrare et exire et guerrejare contra omnes homines et feminas tu et omnes tui quibus mandaveris per tuam faciendam et nos cum nostris hominibus et cum nostra villa Peralada valeamus tibi et adjuvemus contra omnes homines et feminas per fidem sine engan. Et ego Raimundus Berengarii comes Barchinone predictus propter istam bajuliam quam vos supradicti mihi donatis et propter hanc convenientiam quam mihi facitis imparo et recipio vos omnes et villam vestram Peralada cum omnibus terminis suis et pertinentiis in custodia et in bajulia mea et in deffensione cum omnibus habitatoribus suis contra omnes homines vel feminas per fidem sine engan. Et propter hoc ego Raimundus Berengarii Barchinone comes dono vobis jamdictis ipsum fevum de Pratis quod tenet Gaucbertus per me ut habeatis illud solide et libere ad fevum per me sine ullo retentu alicujus mei bajuli ad meum servicium. Si qua autem ex utraque parte persona hoc dirrumpere temptaverit nichil proficiat sed in duplum componat et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Factum est hoc XVII kalendas novembris anno XXV regni Ledovici regis. Sig✠num Raimundi comes qui hoc rece-

pit et laudavit firmavit firmarique rogavit. Sig✠num Gaucberti de Peralada. Sig✠num Raimundi de Torreies. Sig✠num Eimerici qui hanc convenientiam et donum ipsius bajulie fecerunt et firmaverunt testesque firmare jusserunt. Sig✠num Raimundi Renardi de Ipsa Rocha. Sig✠num Berengarii Bernardi Dapiferi. Sig✠num Mironis de Luciano. Sig✠num Raimundi de Ipsa Rocha. Sig✠num Petri Raimundi de Matia. Sig✠num Berengarii de Lertio. Sig✠num Petri Nebod. Sig✠num Bernardi Raimundi de Arens. Sig✠num Arnaldi de Lertio. Sig✠num Bernardi Guillermi de Luciano. Sig✠num Perela. Sig✠num Poncii de Cervera inferius subscribentes firmaverunt translatum istud. Guillermus ausonensis episcopus.✠Ego magister Vitale ilardensis canonicus sub✠scribo. Sig✠num magistri Petri de Belchit.✠Petrus ausonensis sacrista. Sig✠num Petri de Torrezella testis. Sig✠num Arnaldi de Lertio. Sig✠num Poncii notarii comitis qui hoc scripsit die et anno prescripto. Sig✠num Petri scriptoris qui hoc translatum scripsit apud Peraladam mense marcii. Sub anno Domini MCC tercio.—Bernardus Stephani qui hoc anno Domini millesimo CCIII°. idus martii fideliter translatavit✠.—Sig✠num Petri Raimundi de Villa de Magno. Sig✠num R. de Angles. Sig✠num Martini de Vicco. Sig✠num Bernardi de Monteacuto qui hoc translatum fideliter factum vidimus et audivimus et inde testes existimus.

IV.

Perg. nº 19.
1º abr. 1133.

Hec est convenientia que est facta inter Raimundum Berengarii barchinonensium ac bisullunensium comitem et Guillermum de Corneliano. Comendo siquidem ego Raimundus Berengarii comes tibi Guillerme de Corneliano ipsum meum castrum de Corneliano cum omni suo honore et dono tibi ipsum fevum comitale quod dominus predicti castri per manum comitis solitus est habere. Supradictam comendationem et donum facio tibi eo pacto ut sis inde meus solide contra cunctos homines et feminas sicut homo melius et solidius debet esse de suo meliori seniore et quod dones michi potestatem de predicto Corneliano per quantas vices eam tibi quesiero per me aud per meum nuncium vel nuntios iratus aud paccatus cum forifactura et sine forifactura et non vetes te videri vel comoneri et nuncius vel nuncii mei de te vel de tuis resguardum non habeant. Et facias inde michi ostem te tertio cum tuo conducto. Hac iterum conditione supradictam comendationem et donum tibi facio ut per singulos annos inde michi dones albergam centum equis et nichilominus facias michi curtes et placitos et sequias. Et ego jamdictus Guillermus de Corneliano propter supradictam comendationem et donum convenio tibi domne Raimunde Berengarii barchinonensium et bisullunensium comiti quod sim deincebs solide tuus fidelis ho-

mo et ut omnia suprascripta tibi fideliter atendam. Acta convenientia et die kalendarum aprilis anno XXV regni Ledovici regis.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillermi Bernardi de Corneliano. Sig✠num Maiencie matris ejus qui hanc convenientiam laudo et firmo. Sig✠num Guillermi de Castelvetulo. Sig✠num Arberti fratris ejus. Sig✠num Raimundi Renardi. Sig✠num Raimundi de Ipsa Rocha. Sig✠num Petri Bertrandi de Bello Loco. Sig✠num Bernardi de Bello Loco. Sig✠num Raimundi Dalmacii. Sig✠num Petri de Palacio. Sig✠num Poncii notarii qui hoc scripsit die annoque prescripto.

V.

Perg. nº 20.
1º abr. 1133.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Magentia femina et filius meus Guillermus donatores sumus tibi Raimundo Berengarii barchinonensium ac bisullunensium comiti per hanc donationis nostre scripturam donamus tibi ipsum nostrum castrum de Corneliano cum omnibus suis alodiis et feuvis et bajuliis in quibuscumque sint locis et cum omnibus suis terminis et pertinentiis et cum omni honore sibi pertinenti et cum omnibus in se existentibus vel ad se qualicumque modo pertinentibus sicut melius dici vel nominari potest ad tuam utilitatem et proficuum et sicut Guillermus Bernardi maritus meus predictum castrum mihi tradidit per legalem traditionis scripturam et sicut idem Guillermus Ber-

nard Hierosolimitani tendens illud idem castrum mihi Guillermo donavit commendans inde mihi suos homines sic sine ullo retentu quem ibi non facimus donamus et de nostro jure in tuum dominium et potestatem predictum castrum tradimus ad faciendum ibi et inde quicquid tua gratuita voluntas elegerit. Si quis contra hanc donationem venerit ad irrumpendum non valeat vendicare quod requisierit sed componat tibi predictum castrum in duplo in consimili loco ac donatione firmiter persistente. Que est acta die kalendarum aprilis anno XXV regni Lodovici regis. Sig✠num Maiencie femine. Sig✠num Guillelmi filii ejus qui hanc donationem fecimus firmavimus et testes firmare rogavimus. Sig✠num Raimundi Rinardi. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Bernardi de Belloloco. Sig✠num Petri Bertrandi de Belloloco. Sig✠num Arberti de Castrovetulo. Sig✠num Raimundi de Ipsa Rocha. Sig✠num Petri de Palacii. Sig✠num Berengarii de Pelafols. Sig✠num Raimundi Dalmacii de Midiniano. Sig✠num Reambaldi de Basilia. Ademarus de Mata. Sig✠num Gaufredi de Serviano. Gaucefredus Levita. ✠ Ista suprascripta Bernardus firmo sacrista. Sig✠num Poncii notarii qui hoc scripsit die annoque prescripto. Ego Raimundus Torrent mandato Raimundi Eimerici fideliter atque legaliter hoc translatum translatavi ab originale instrumento puncto ad punctum verbo ad verbum nichil addens vel minuens videntibus et legentibus tribus testibus advocatis videlicet Bernardo Jausberti et Bernardo Saumer et Amadei Nicholai qui omnes hoc translatum et originale instrumentum viderunt et legerunt et ita bene convenire invenerunt V kalendas octobris anno Domini

MCCLXVI et suprascripsi in III linea sc. Raimundus Eimerici scriptor publicus proprium subscripsit et hoc sig-✠num fecit.

VI.

Perg. n° 27.
3 ene. 1134.

In Dei eterni regis nomine. Ego Raimundus Berengarii Dei gratia barchinonensis comes et marchio dono etiam omnipotenti Deo redemtori meo et sancte milicie templi Jerosolimitane Salomonis cum asensu et confirmacione et cum laudamento baronum meorum in manu ejusdem Arnalli de Bedoce et Hugonis Rignadi cumfratris societatis eorum quoddam kastrum nomine Barberano in nostra marchia contra sarracenos cum militibus qui ipsum kastrum pro me habent et cum omnibus ad idem chastrum pertinentibus et cum terminis et possesionibus suis et totam dominationem cum serviciis et usaticis suis sicut melius ibi Deus dederit vel ego habere debeo ut libere et sine dominatione et sine blandimento ullius hominis presentes confratres et successores eorum quando illi venerint et steterint cum armis in Granjana aut in predicta marchia ad defensionem christiniatatis secundum institutionem ordinis milicie sue habeant hec omnia predicte milicie quod superius scriptum est cum augmentacionibus quas Deus ibi dederit et disponant in perpetuum. Hec quippe omnia dono pro anima patris mei et matris mee et mea ut Deus

omnipotens dirigat actus meos et faciat me venire in suo servicio ad bonum finem et peccata et offensiones clementer dimitat. Hanc itaque voti mei oblationem si qua in crastinum cujuscumque dignitatis aut mediocritatis persona violare temptaverit nisi cito se contraxerit deleatur nomen ejus de libro vite et cum Anania et Saffira voti sui fraudatoribus damnacionem incurrat. Sig✠num Raimundi Comes qui hoc donum punctatim firmavit ceterisque firmari rogavit. Actum est III° nonas januarii anno dominice incarnationis C tricesimo IIII° post millessimum anno XXV regnante Leudovici regi. Bernardus vicecomes. ✠ Sig✠num Raimundus Dei gratia ausonensis episcopus. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Reiambaldi de Baselia. Sig✠num Berengarii de Kerallt. Sig✠num Guillelmi Raimundi de Pugallt. Sig✠num Petri archilevite. Sig✠num Raimundi de Rocha. Sig✠num Berengarii Bernardi Dapifer. Sig✠num Arnallus Berengarii de Anglerola. Sig✠num Berengarii Bernardi de Granjana. Sig✠num Deusdedit. Sig✠num Bernardi Guillelmi de Lucciano. Bernardus sacerdos qui hoc scripsit die et anno quod supra.

VII.

Juro ego Raimundus Bernardi filius qui fui Ermesendis femine quod de ista ora in antea fidelis ero tibi Raimundo comiti barchinonensi seniori meo filio Dulcie comitisse Perg. n° 40. 11 enc. 1134.

sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla decepcione et sine engan per directam fidem: et de ista ora in antea ego Raimundus jamdictus non dezebre te Raimundum jamdictum de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de tuis comitatibus aut comitatu neque de tuis castris aut castellis rochis aut puis condirectis vel eremis terra et honore alodiis vel feuvis que tu Raimundus prescriptus hodie habes vel habere debes et in antea adquisieris neque de ipso castro de Castel Edral neque de ipso de Salau neque de ipso de Midias neque de ipso de Muial neque de ipsis fortitudines que in jamdictis castris sunt aut in antea erunt no to tolre ni ten tolre ni ten engannare ni ten dedebre ni to vedare ni ten vedare nec ego Raimundus jamdictus nec homo nec homines femina nec femine per meum consilium nec per meum ingenium et adjutor te sere a tener et ad aver sine tuo engan. Et si homo est aut homines femina vel femine qui tibi jamdicto Raimundo tollat vel tollant vetet vel vetent hec omnia suprascripta aut de istis omnibus suprascriptis ego Raimundus jamdictus adjutor te sere sine engan ad te Raimundum comitem jamdictum contra cunctos homines vel feminas sine tuo engan et de ipso adjutorio no ten engannare tuum consilium aut consilia no descubrire per ullum ingenium ad tuum dampnum me sciente neque justitiam vel directum not vedare nit contendre societatem cum tuis inimicis aut inimico inimica vel inimicas infideles vel infidele non habebo nec tenebo ad tuum dampnum me sciente: et si Raimundus comes jamdictus mortuus fueris et ego vivus fuero similiter o tenre et o atendre ad filium vel filiam quam habueris de legitimo conjugio vel ad ipsum

cui tu Raimundus jamdictus dubitaveris per dictum honorem quod habeat post mortem tuam de homenatico et sacramentis sicut suprascriptum est de te Raimundo comite. Et hoc faciam infra primos LX dies quod tu obieris et ego sciero. Ei sicut superius scripta sunt hec omnia sic tenebo et atendam me sciente per Deum et hec sancta. Quod est actum III idus januarii in Ausona apud sedem Beati Petri in presentia subscriptorum et aliorum multorum nobilium virorum anno XXVII regni Ledovici regis—Sig✠num Raimundi Bernardi qui propia manu juravit et punctatim firmavit. Sig✠num Arnalli Berengarii de Anglerola. Sig✠num Berengarii de Cheralto. Sig✠num Guillelmi de Pugalto. Sig✠num Bernardi de Bello Loco. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Mironis de Luciano. Sig✠num Raimundi de Luciano. Sig✠num Pontii scriptoris comitis qui hoc scripsit.

VIII.

Sacramentale de Guillem Raimundi de Berga quod fecit nobili Raimundo comiti Barchinone filio dicti Raimundi comitis super castris Peguera scilicet et Figols Vallemagna et de Torredela ac de ipsa domo de Bergua.— Perg. n° 41. 11 ene. 1134.

Juro ego Guillelmus Raimundi de Bergua qui fui filius Sicardis femine quod de ista hora in antea fidelis ero tibi

Raimundo comiti barchinonensi filio Dulcie comitisse sine fraude et malo ingenio et sine ulla decepcione et sine engan per directam fidem. Et de ista hora in antea non dezebre te prefatum comitem de tua vita nec tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de totis comitatibus tuis vel comitatu neque de tuis castris aut castellis rochis puis condirectis vel heremis terram et honorem alodiis vel feuvis que hodie habes et habere debes et in antea adquisieris. Nominatim ergo tibi juro ipsum castellum de Peguera et Figols et de Valmagna et de Torredela et ipsum domum de Bergua et omnes fortedas que in eo vel in eis sunt modo vel in antea erunt quod de predictis omnibus rem tibi no tolre ni ten tolre ne ten enganare ne ten dezebre ni to vedare ne ten vedare ni to contendre ni ten contendre nec ego Guillelmus Raimundi nec homo nec homines femina vel femine per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines femina vel femine qui tibi tollat aut tollant vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus ego predictus Guillelmus finem nec societatem nec amicitiam de illa hora et deinceps nec habebo ad ullum bonum de eis nec ad ullum tuum dampnum. Et adjutor te sere a tener et ad aver et a defendre contra totę homines vel feminas sine tuo engan semper et de ipso adjutorio not enganare ne comonir no men vedare per quantes veguades men recherras o men comoniras per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de omnibus predictis fortedis et castellis sicut modo sunt aut in antea erunt ego prephatus Guillelmus potestatem deliberam tibi et tuis quos volueris vel jusseris dabo sine tuo engan tam cum forfactura quam sine forfactura per quantas vegades

me recherras o men comoniras per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Similiter tibi juro omnes ecclesias et eis omnia pertinentia sicut scriptum est inter me et te et omnia scumaria et diffinitiones et amissiones quas tibi habeo factas ut ab hac hora et deinceps eas tibi non querelem nec ullus per me vivens nec meo assensu vel voluntate neque tuis cui vel quibus ea vel de eis dabis nisi quantum cum tua mercede de eis adquirere tecum possim tuo gradiente animo sine ulla forcia. Societatem non aure nec amicitiam non aure ne tenre cum tuis inimicis aut inimico inimicas vel inimica infidelibus vel infidele ad ullum tuum dampnum me sciente. Justitiam neque directum not vedare nit contendre de me ipso nec de ullis meis. Tuum consilium aut consilia no descubrire ad ullum tuum dampnum me sciente. Seniorem nec seniores no fare ni tenre ni affidare sine tuo solvimento et quem vel quos volueris sicut superius scriptum est de te predicto comite si o tenre et o atenre post te ad tuum filium vel filiam sive ad ipsum vel ad ipsam cui vel quibus dabis vel dimiseris honorem Berguitani sive de sacramentis quam de omnibus rebus predictis et hoc faciam infra primos LX dies quibus mortuus fueris et hoc ego sciero sine mala contentione et sine alio lucro. Et ut quod superius scriptum est totum tibi et tuis teneam et attendam sine tuo vel eorum engan mitto tibi et tuis post te omne fevum vel alodium quod habeo vel habere debeo in pignus in omne honore tuo sine tuo vel eorum engan. Quod si non fecero et ita non attendero sicut scriptum est incurrat predictum pignus in potestate tua et eorum ad faciendum quod volueris libera mente. Sicut superius scriptum est et melius dici vel cogitari potest ad

tuum bonum et tuorum si o tenre et o atendre ego prephatus Guillelmus et tuis predictis de ista hora et deinceps excepto quantum tu me absolveris vel absolverint tuo vel eorum gradiente animo sine ulla forcia per Deum et hec sancta sanctorum. Quod est actum III idus januarii in Ausona apud sedem Sancti Petri in presentia subscriptorum et aliorum multorum nobilium virorum anno XXVII regni Ledovici regis. Sig✠num Guillelmi Raimundi de Bergua qui hoc propria manu juravit et suo puncto firmavit. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Arnalli Berengarii de Anglarola. Sig✠num Berengarii de Queralto. Sig✠num Guillelmi de Puigalto. Sig✠num Bernardi de Bello Loco. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit die prefato. Sig✠num Petri Marchesii notarii. Sig✠num Bernardi de Cadireta notarii. Sig✠num Petri de Ribalta notarii publici Barchinone qui pro teste subscribo. Sig✠num Petri Carbonelli notarii publici Barchinone qui hoc translatum transcribi fecit fideliter et clausit VI kalendas septembris anno Domini MCCLX° tercio. —Sacramentale quod fecit Petrus de Berga inclito ac venerabili Ildefonsi regi Aragonum comiti Barchinone super castris scilicet de Peguera et de Figols et de domo de Bergua et de Vallemagna.—Juro ego Petrus de Berga filius Sibilie femine tibi domino meo Ildefonso regi Aragonum comiti Barchinone et marchioni Provincie filio Petronille regine quod ab hac hora in antea ero tibi fidelis de tua vita et de corpore tuo et de omnibus membris tuis qui in corpore tuo se tenent et de toto honore tuo quem nunc habes vel in antea habueris et nominatim juro tibi ipsum castrum de Peguera et de Figols et domum et for-

titudinem de Berga et castellum de Vallemagna et omnes fortitudines que ibi sunt vel in terminis suis vel in antea ibi erunt quod non tollam tibi nec aliquis mea arte vel ingenio vel consilio aliquid ex his vel aliqua non auferet tibi. Et si aliquis homo aliquid inde abstulerit vel aliqua cum illo vel cum illa nullam pacem vel amicitiam habebo nisi propter illa recuperenda: et quando habuero recuperatum vel recuperata tenebo ad tuam tuorumque utilitatem et fidelitatem et dabo inde tibi potestatem iratus et paccatus cum forisfactura et sine forifactura quotienscumque per te vel per nuntium tuum vel per nuntios tuos inde fuero conmonitus et de tuo vel tuorum conmonimento non vetabo me videri vel conmoneri ulla arte vel ingenio. Et predicta castra cum suis terminis adjuvabo tibi tenere et deffendere et tenebo pacem per te et faciam guerram per te cui tu mihi mandaveris quotienscumque per te vel per nuntium tuum michi mandaveris nec justitiam nec directum tuum non auferam tibi ubicumque scire potero per me vel per homines meos set omnia jura tua utique me sciente tibi conservabo sine omni fraude et ingenio. Hec omnia sicut superius scripta sunt attendam ego Petrus de Bergua tibi domino meo Ildefonso regi jamdicto et successoribus tuis vel cui dimiseris in tuo testamento vel dictis sine omni fraude et dolo si Deus me adjuvet et hec sancta. Sig✠num Petri Marchesii notarii. Sig✠num Bernardi de Cadireta notarii. Sig✠num Petri de Ribalta notarii publici Barchinone qui pro teste subscribo. Sig✠num Petri Carbonelli notarii publici Barchinone qui hoc translatum transcribi fecit fideliter et clausit cum litteris appositis inlinea prima VI kalendas septembris anno Domini MCCLX tercio.

IX.

Perg. nº 42.
19 ene. 1134. Anno incarnationis dominice MCXXXVII. Ego Raimundus Berengarii Dei gratia comes Barchinonensium Bisuldunensium Ceritanensium et marchio recognoscens ecclesiam Sancti Johannis Rivipollensis juris esse beati Petri et juxta privilegia romanorum Pontificum in ordine chanonicali in perpetuum collocatam statui tante justicie fidem servare et romanis preceptis aurem obedientie dare ratum habens et confirmans quod erga pastorem et gregem presentes et successuros privilegiorum auctoritates kanonice definiunt de pace et securitate illorum. Sane recolendum novi quod digne memorie pater meus Raimundus Berengarii eandem justiciam clericis qui expulsi fuerant observaverit quam Paschalis episcopus literis et judicio ratam judicaverit. Per presentis igitur formam scripture laudo illorum auctenticas voces promittens et definiens quod nec presenti abbati Petro et subditis nec futuris in abbatiam rectoribus quolibet modo causa vel ingenio imparem ecclesiam aut bona ad ipsam pertinentia adjutor et defensor eorum in omnibus semper fide recta permanens quicumque eis auferre ecclesiam et ordinem kanonicum evertere voluerit. Ad noticiam presentium et futurorum volo perveniat quod feci consensu et voluntate archiepiscopi Ollegarii et ordinatione presulum vicinorum Raimundi ausonen-

sis et Berengarii gerundensis quod deprecor et volo hujus rei esse testes laudatores et confirmatores ymmo ex toto defensores. Quecumque vero persona magna vel parva potens aut impotens frangere aut inquietare statum hujus mee definitionis voluerit in triplo componat et in antea nulli in perpetuum violari liceat. Factum est hoc XIIII kalendas februarii anno XXVII regni regis Leudovici. Udalgarius elennenssis episcopus. Poncii elenensis archidiaconi✠. Raimundus Dei gratia ausonensis episcopus. Gaucefredi Dechaus✠. Berengarius Dei gratia gerundensis episcopus. Berengarius gerundensis archidiaconus. Gaucefredus bisullunensis archilevita. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Reamballi. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Berengarii de Lerc. Sig✠num Raimundi de Torreies. Sig✠num Dalmacii de Petra Taiata. Sig✠num Raimundi Bernardi de Guardia. Sig✠num Geraldi Ugonis. Sig✠num Arnalli de Lerc. Sig✠num Petri de Cervera. Sig✠num Guillelmi Raimundi de Malats. Sig✠num Gaucerandi de Sales. Sig✠num Bernardi Johanis. Guillelmus presbiter qui hoc scripsit sub die et anno quo supra.

X.

In Dei nomine. Ego quidem Adefonsus Dei gratia rex Perg. nº 43. feb. 1134.
facio hanc cartam donationis vobis totos populatores de Ar-

tasona qui ibi estis vel in antea ibi veneritis populare ad cavalleros et pedones. Placuit michi libenti animo et pro amore de illas terras populare. Dono et concedo vobis ad illos cavalleros ut sint ibi francos et liberos sicut sunt in lures terras et totos illos alios populatores quod sedeant ibi similiter francos et ingenuos sicut sunt illos populatores de Borovia et quod habeatis tales foros in totas vestras causas et in vestras facendas et in vestros judicios sive in vestras calonias et omicidios quomodo habent illos populatores de Borovia. Et quantum potueritis populare vel examplare per ermum caballeros et pedones quod illum habeatis salvum et francum sine ullo malo fuero et sine ullo malo censo. Et ullo peito non peitetis nisi sola decima ad Deum et suis sanctis et non detis licentia nec portatico in tota mea terra et de nullo judicio non respondatis ad nullo homine nisi ad vestra porta de Artasona ad vestro foro. Et solto vobis illos montes de tota mea terra quod culietis ibi solta mente et non vobis faciat nullo homine nulla contraria et quod non detis erbatico in tota mea terra. Et dono vobis termino de Via lata in suso et de Loarre injuso et de illos collatos de Cambir et de Galleco inza toto illo ermo qui ibi est de V annos insuso: et si nullo homine vobis pignoraverit vel nulla contraria fecerit quod pectet millem metecals de auro. Et hoc donativum quod habeatis illud francum et liberum et ingenuum et securum vos et filii vestri et omnis generatio vel posteritas vestra salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula cuncta amen. Et insuper dono vobis foro ut nullus populatores qui cavallo tenuerit ibi quod sedeat franco et ingenuo in tota mea terra. Sig✠num Adefonsi regis. Sig✠num regis Rani-

miri (1) laudo et confirmo hanc cartam. Sig✠num Raimunni comes laudo te confirmo hanc cartam. Signum ✠ Ildefonsi regis filii Barchinonensii comitis qui hoc suprascriptum laudo et confirmo. Facta carta in era MCLXXII^{a} in mense fervero in anno quando rex presit Michineza et assitiavit ad Fraga. Regnante me Dei gratia rex in Aragon et in Pampilona sive in Ripacorza episcopus Sancius in Pampilona episcopus Arnaldus in Oscha episcopus Pere Guillem in Roda alius episcopus Sancius in Nagera comite Rexo in Tutela Gonzalvo Petriz in Alagon Sancio Johanes in Osca Petro Tizon in Estella Eastang in Biel Fortung Lopiz in Soria Lop Xemenez in Luesia Caxal in Nagera et in Daroca Garcia Remirez in Monzon Lop Lopiz in Ricla. Ramon Arnald de Sancta ✠ senior de illa population. Et hec sunt testes de ista carta super scripta. Garssion de Schala et Faus de Xalon. Ego Michael scriptor sub jussione domini mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum ✠ feci.

XI.

In piis et religiosis causis augmentandis et confirmandis Perg. nº 28. 15 abr. 1134.
diligenter operam dare caritate que operit multitudinem

---

(1) Como antiguamente solian los monarcas confirmar los privilegios que habian concedido sus antecesores sin mas fórmula ni formalidad que la dé

peccatorum persuadente indesinenter compellimur. Ea propter Olegarius Dei dignacione tarrachonensis archiepiscopus et illustris Raimundus Barchinonensium Bisullunensium ac Ceritanensium comes et marchio cum episcopis et ceteris clericis et comitibus et aliis terre magnatibus quorum inferius nomina inveniri possunt hoc constitutum facimus omnibus militibus secundum propositum et ordinem..... orum qui Iherosolimis pro amore Dei pro fratribus animas ponere et sine propris vivere devoverunt in terra nostra Deo famulari et militare voluerunt. Personas siquidem et res eorum predia videlicet et substancias ubicumque eas habuerint omni tempore in treua Dei ponimus. Castella quoque et villas et mansos et domos eorum quas modo habent et quas de cetero juste adquisierint vel siquas in suo populaciones constituere valuerint omnia sub tuicione et defensione Dei ac beati Petri et nostra benigne suscipimus et ut omnia sub firma salvitate et securitate consistant mandamus atque precipimus. Nulla denique persona cujuscumque dignitatis seu mediocritatis potestatem habeat vel licentiam in personis eorum vel hominum suorum in negotiis secularibus judicandi vel distringendi neque in possessionibus vel facultatibus eorum aliquid disponendi preter voluntatem eorum qui eis prepositi fuerint et magistri. Ipsi autem prepositi et magistri secundum Deum et ordinem suum regant se ipsos et suos et que sua sunt et

---

poner su firma ó signo en algun blanco del pié de las mismas cartas originales, no deben estrañarse las anteposiciones ó posposiciones que se notan en esta y casi en todas las escrituras ó privilegios confirmados en aquellos sencillos tiempos.

disponant et judicent parati ad exequendam justitiam et racionem reddendam si quis adversus eos vel res eorum justam se causam dixerit habere. Si qua igitur cujuscumque condicionis vel sexus persona quod absit temerarie adversus hanc constitucionem nostram insurgere temptaverit vel res eorum auferre vel minuere aud eorum personas infestare maliciose presumpserit nisi cito se correxerit et emendaverit res quidem per treuam injuriam vero personarum per sacrilegium iram Dei quem ofendit incurrat et episcopo suo bannum episcopale et suo comiti bannum quod ad comitem pertinet persolvat. Quod est actum XVII kalendas mai anno incarnationis Dominice CXXXIIII post millesimum. Ollegarius archiepiscopus. Sig✠num Raimundi comes. Berengarius Dei gratia gerundensis ecclesie episcopus. Sig✠num Poncii Ugonis comitis impuritanensis. Sig✠num Ermengaudi comitis Urgelli. Sig✠num Jordanis. Sig✠num Berengarii de Cheralto. Sig✠num Deusde. Sig✠num Petri Bertrandi de Bello Locco. Sig✠num Otonis. Sig✠num Guillermi de Castrovetulo. Sig✠num Raimundi Renardi. Sig✠num Petri de Turrucella. Sig✠num Berengarii de Pelafollis. Sig✠num Arberti de Castellvi. Sig✠num Bernardi de Bello Locco. Sig✠num Poncii Ugonis. Sig✠num Raimundi Fulconis. Sig✠num Berengarii Raimundi vicarii. Gauceredus levita. Sig✠num Petri archilevita. Signum Guillermi de Pujalto. Sig✠num Raimundi de Torroja. Sig✠num Petri Bertrandi de Monte Palacio. Sig✠num Guillermi Seniofredi. Sig✠num Berengarii de Ipsa Garriga. Sig✠num Guillermi fratris sui. Sig✠num Guillermi de Pedreti.✠Raimundi Dei gratia ausonensis episcopus. Berengarius gerundensis archidiaconus. Sig✠

num Raimundi Renardi de Olivis. Sig✠num Petri Raimundi de Petred. Sig✠num Reimundi Ademari de Rabedos. Sig✠num Berengarii Segarii. Sig✠num Gauberti Guillelmi. Sig✠num Bernardi de Vultrera. Ego propterea Raimundus suprascriptus comes barchinonensis promito omnipotenti Deo quod ad obitum meum dimitam omnia mea garnimenta templo Iherusalem et fratribus ibidem militantibus . . . . . . interim in omni tempore vite mee dabo ipsi milicie templi XX morabatinos aut libras II argenti per singulos annos. Sig✠num Poncii notarii comitis barchinonensis qui hoc scripsit die et anno quo supra. Raimundus comes Barchinonensis dabit in ipsa milicia primo anno sub obedientia magistri et dabit ibi garnimenta ad X fratribus militibus et dat ibi honorem unde vivant X milites semper. Promitit se Guillelmus Raimundi Senescali et frater ejus Oto starein servicio Dei in ipsa cavalleria de grana grana uno anno et dabit ibi garnimentum ad unum cavaler scilicet cavallum et armas et tantum de suo honore unde ibi possit stare unus cavallerium in perpetuum. Jordanus stabit ibi uno anno dabit ibi honorem unde stet ibi unus miles in perpetuum. Raimundus Renardi vel filii ejus stabit ibi I anno et in exitu dimitet ibi cavallum suum cum armis. Arnaldus Sancti Martini uno anno et inexitu dabit ibi suum cavallum cum armis. Poncius de B. . . . . es I anno et in exitu dabit ibi suam bestiam meliorem. Arnaldus de Monte Ferrer I anno et in exitu reliquet ibi cavallum cum armis. Miro de Luciano similiter. Guillerm de Castelar similiter. Petrus de Galifa similiter. Bernardus et frater Raimundus de Barberano uno anno et in exitu reliquet unum cavallum cum armis. Arbert de Petra similiter. Ramon Bermon similiter. Petrus

Arnaldus I anno et post obitum suum cavallum cum armis. Jofredus de Sancta Colomba I anno et post obitum cavallum suum cum armis. Petrus Arberti de Liciano I anno et dabit ibi unum mansum. Geralt de Jorba I anno et donat ibi II mansos. Petrus de Sancta Eugenia I anno. Bernad de Senteies I anno. Arnaldus de Tamarit I anno. Deusde I anno. . . . . ibi unum mansum in Calis. Ramon de Casoles I anno. Petrus Bertrandi de Bello Locco I anno. Petrus Arnalli de Barchinona I anno. . . . . . stabit I anno et donat ibi unum mansum in Rosed. . . .

XII.

Sub Sacrosancte Trinitatis nomine. Ego Berengarius de Monte Scatani magna egritudine detentus sensu tamen et memoria plenus in misericordia omnipotentis Dei spero et sicut christianorum hominum est consuetudo testamentum meum scribere jubeo in quo manumissores meos Guillelmum Raimundum et filiam meam Beatricem atque Petrum de Palacio eligo: quod si mors mihi evenerit subito res meas sicut scripte sunt ita distribuere rogo. In primis dimito domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagno corpus meum et duos mansos quos habeo in Montannola nominati mansum de Bosco quem tenet Bernardus et illum quem tenet Bernardus Raimundi Vilardeodran cum omnibus pertinentiis et utilitatibus que istis duobus Perg. nº 29. 17 abr. 1134

mansis pertinent et pertinere debent simul cum omni alaudio quod habeo in Rosdors in cunctis locis: et mito Guillermum filium meum in potestate predicte ecclesie Stagni et canonicorum ibi degentium tali modo ut habeat ibi victum atque vestitum sicut unus canonicus honorifice dum vixerit et si voluerit ibi vivere sub regula sancti Agustini licitum sit ei. Et dimitto Sancte Marie Montis Scatani ipsa alaudia de Chasanova ut lampada inde semper ardeat ibi in die. Et dimitto Sancto Cucuphati omnia alaudia sicut resonant in scrituris quas ego feci eidem cenobio. Et dimitto ad Beatricem filiam meam et Guillermum Raimundi Dapiferum generum meum omnem meum honorem in omnibus locis sicut resonat in charta quam illis feci et firmavi exceptus hoc quod superius dimisi pro anima mea: et nobilitatem eorum valde deprecor pro Deo ut semper sint memores mei et anime mee et diligant locum illum et faciant bene ubi corpus meum requiescet. Et dimitto ad Arnallum Berengarii quinque bestias inter oves et capras cum sextarium I de blat ad novum venientem. Et ad Mariam de Rosdors similiter et ad burdam similiter. Et alias que remanent ad Bernardum Poderos dimitto. Et dimitto ad filium de Guillermo Guillermi ronegam I et teneat eam Bernardus presbiter et custodiat donec puer habeat etatem. Et dimitto ad filiam meam Beatricem ipsum meum almatrac et sardo I et chaldarias III et padelam I minorem et paracingles et caput foguer. Et dimitto alia vascula aerea et ferrea Sancte Marie Stagni simul cum omnibus meis pannis laneis et lineis mediocribus et bonis cum mula baia et caradi I et somer I. Et dimitto ad sedem Barchinone boves II et ad Sanctum Cucuphatem boves II

et sicut dimitto totum meum honorem filie mee Beatrici et Guillermo Raimundi viro illius ita post obitum illorum ad Guillelmum nepotem meum filium eorum omnino dimitto et si obierit sine infante de legitimo conjugio remaneat honor cui ipsi dimiserint. Et dimitto ad Sebillam sextarios II de blat ad novu venientem et istum blat superius dimisum exeat de mea laboratione et quod remanserit detur pauperibus. Et dimitto vinum et carnem que habeo in vacherices ad Sanctam Mariam Stagni. Et dimitto ad Guillelmum Raimundi Dapiferum meam espada. Actum est hoc XV kalendas madii anno XXVI regnante Ludivico. Sig✠num Berengarii qui hoc testamentum fecit et manu propia firmavit et testes firmare rogavit. Sig✠num Beatricis. Sig✠num Petri Bertrandi. Sig✠num Petri de Palacio. Sig✠num Odonis. Guillelmus sacerdos qui hoc ✠ scripsit die et anno quo supra. Berengarius clericus qui hoc translatum scripsit die et anno quo ✠ supra.

XIII.

Omnibus hominibus sit manifestum qualiter ego Bernardus Raimundi vocitatus de Mazaneto et filius meus Berengarius ob peccatorum nostrorum veniam impetrandam et vitam eternam consequendam damus et offerimus domino Deo et milicie templi Iherosolimitani nostram me- Perg. n° 31. 23 abr. 1134.

dictatem ipsarum domorum cum muro et turribus et curtello et puteo: et sunt ipse domus cum muro et turribus in muris civitatis Barchinone ad occidentalem plagam ipsas scilicet quas vocant de Galifa prope chastrum de Regomir. Advenere quoque nobis Bernardo Raimundi per vocem uxoris mee et filio meo Berengario et fratribus suis per vocem matris sue et parentum suorum vel aliis quibuslibet modis. Terminatur autem ab oriente in muro et domibus Guidonis de Moravid et in androna a meridie et occasu extra murum in alodio Arnalli Petri militis a circio in turre et in ipso ferragenaleto de Burgesa femina et in ipso calle. Quantum a predictis terminis concluditur et terminatur et nos ibi habemus et habere debemus omnibus vocibus et modis sic damus et offerimus domino Deo et predicte milicie templi Iherosolimitani et militibus ibi militantibus presentibus et futuris medietatem nostram et totum nostrum directum et vocem predictarum domorum et turrium cum muro et curtello et puteo cum solis et suprapositis guttis stillicidiis foveis januis hostiis et cloacis et cum ingressibus et earum egressibus integriter ut melius dici vel intelligi potest ac de nostro jure in eorum jus et dominium tradimus ad suum proprium plenissimum alodium solide et libere ac quiete possidendum semper ad eorum voluntatem. Si qua vero utriusque ordinis vel sexus persona contra hanc nostre donationis scripturam ad irrumpendum venerit iram Dei quem offendit et anathema incurrat donec ut sacrilegus emendet et insuper hec nostra donationis pagina perhenniter maneat firma. Que est acta VIIII kalendas maii anno XXVI regni Leduisi regis et ab incarnatione dominica millesimo CXXXIIII. Sig✠-

num Bernardi Raimundi. Sig✠num Berengarii. Sig✠num Bernardi. Sig✠num Petri nos qui hanc donationem fecimus laudamus firmamus et testes firmare rogamus. Sig✠num Olivarii de Palacio. Sig✠num Petri de Sancto Laurentio. Geralle presbiter.

XIV.

Perg. n° 36. jul. 1134.

Ego Petrus Barbastrensis episcopus multimodis et frequentibus querimoniis pulsatus que erant inter Berengarium Atonis abbatis Sancti Clementis et Sancium Galindonis abbatis Sancti Martini tandem jussi eos ad obsidionem de Fraga venire ut in presentia nostra et curia regis Ildefonsi a prudentibus et eruditis viris causa eorum discuteretur vel difineretur. Cui judicio vel diffinicioni interfuerunt Garseas episcopus Cesaraugustanus Sancius episcopus Nagarensis Guido episcopus Lascurrensis Durandus abbas Sancti Victoriani et abbas Cadonensis pluresque alii tam clerici quam laici in prudentia et judicio discreti qui omnes judicialiter decreverunt ut ecclesia beati Martini et clerici sibi servientes possessiones hereditates decimas de omnibus parrochianibus suis quas laboraverint in terminis de Peturubea de Aviaticis et de Corporacionibus et de Eschalidis integriter et ceteros redditus ad ecclesiam pertinentes abeant obtineant et possideant omnique tem-

pore sicut abuit ab antiquis temporibus et ab antiquis hominibus qui eam edificaverunt ita ut eandem libertatem et ingenuitatem habeat ecclesia Beati Martini quam habent cetere ecclesie episcopatus nostri. Item ecclesia Sancti Clementis de omnibus parrochianibus suis habeat suas decimas. Hoc judicium fuit datum a supradictis episcopis et abbatibus in curia regis et rogatu nostro. Quod judicium magister Thomas capellanus noster jussione nostra scripture tradidit sub testimonio totius curie regis et in presencia nostra in mense julii in obsidione de Fraga sub era millesima CLXXII. Ego Petrus Barbastrensis sive Rotensis episcopus hoc judicium laudo et confirmo et auctorizo et hoc sig✠no sancte crucis confirmo visores et auditores et testes qui ibi fuerunt omnibus episcopis et abbatibus supra nominatis et totius curie regis. Ego Adefonsus Dei gratia rex laudo et confirmo hoc judicium suprascriptum quod judicatum fuit in curia mea a supradictis episcopis et abbatis et hoc sig✠num feci.

XV.

Perg. nº 63.
7 jul. 1134.

Hoc est translatum fideliter translatatum cujus series sic se habet. Juro ego Guillelmus Raimundus filius qui fui Agnetis femine tibi seniori nostro Raimundo Berengarii filio qui fuisti Dulcie comitisse quod ab hac hora et deinceps fidelis ero tibi de vita tua et de omnibus membris que

in corpore tuo se tenent per directam fidem sine fraude et malo engano et ulla deceptione et non decipiam te sed fidelis ero tibi de ipsa civitate quam dicunt Barchinonam et de ipso barchinonensi comitatu et de ipso episcopatu Sancte Crucis Sancteque Eulalie et de ipsis abbaciis que in eorum episcopatu sunt et de omnibus castris vel castellis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt et de ipsis rochis et podiis condirectis vel discondirectis que in prephato comitatu vel episcopatu sunt. Et fidelis ero tibi de ipsa civitate quam vocant Gerundam et de ipso episcopatu gerundensi Sancte Marie ac de ipso comitatu gerundensi et de ipsis castris vel castellis rochis podiis condirectis vel discondirectis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt simul cum omnibus abbaciis que ibi sunt. Et fidelis ero tibi de ipsa civitate quam dicunt Minorisam et de ipso comitatu quem vocant Ausonam et de ipso episcopatu Sancti Petri sedis ipsius comitatus et de ipsis castris aut castellis rochis podiis condirectis vel discondirectis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt. Et fidelis ero tibi de ipso comitatu penitensi et de ipso castro quod vocant Cardonam cum omnibus suis terminis et pertinentiis et de ipsis castris Cervarie et Tarrega cum eorum terminis et pertinentiis suis et de ipsis castris Camarara Cubels et Estopanna cum eorum terminis et pertinentiis et de ipsis pariis de Hispania quas inde qualicumque modo habebis. Et fidelis ero tibi de ipso comitatu bisullunensi et de ipsis castris vel castellis rochiis podiis condirectis vel discondirectis que in predicto comitatu sunt vel erunt et de omnibus abbaciis et eclesiis que in predicto comitatu sunt. Et fidelis ero tibi de ipso co-

mitatu cerritaniensi et de omnibus castris vel castellis rochis podiis condirectis vel discondirectis que in predicto comitatu sunt vel erunt et de ipsis abbaciis et eclesiis que in predicto comitatu sunt. Et ego predictus Guillelmus Raimundi dabo tibi seniori meo Raimundo comiti prelibato potestatem de ipso castro de Todela et de Sobreporta et de Stella et de Besora et de Torejo et de Curul et de Tonna et de Fornels et de Medaja et de Clera et de Monte-cada et de Vacherises et de Ribataiada et de Castelar cum omnibus eorum edificiis et forticiis que modo sunt in predictis castris vel terminis aut deinceps fuerint quantascumque vices michi requisieris ipsam potestatem per te ipsum aut per tuum nuncium vel nuncios: et post obitum tuum similiter hoc faciam et atendam ipsi cui tu dimiseris predictum honorem testamento vel verbis vel illi filio vel filiis cui vel quibus predictus honor advenerit legali successione et non vetabo me videri vel comoneri de omnibus supradictis. Et nuntius vel nuntii qui hoc michi demandaverint in eundo vel redeundo reguardum non habebunt. Et de omni supradicto honore non tollam tibi nec inde aliquid tollam nec ego nec homo nec homines femina vel femine per me vel per meum consilium vel ingenium. Et fidelis adjutor ero tibi de omni honore quem hodie habes vel in antea Deo dante adquisieris tenere et habere defendere et guerrejare contra cunctos homines vel feminas qui inde tibi aliquid tulerint vel tollere voluerint per directam fidem sine engan. Sicut superius scriptum est ego supradictus Guillelmus si o tenre et o atendre sine tuo engan tibi seniori meo supradicto Raimundo comiti excepto quantum tu comes jamdictus me inde ab-

solveris tuo gradiente animo per Deum et hec sancta. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Quod est actum nonas julii anno XXVIII regni Lodovici regis. Sig✠num Poncii qui hoc scripsit.

XVI.

Hec est convenientia que est facta inter dompnum Raimundum comitem barchinonensem et Guillelmum Sancti Martini. Concedit namque et laudat jamdictus comes Raimundus prelibato Guillelmo dompnam Beatricem in uxorem et donat ei ipsum honorem de Montcada sicut resonat in convenientiis et sacramentalibus scriptis et firmatis inter ipsam Beatricem et Guillelmum Raimundum Dapiferum. Propter hoc quoque donum superius comprehensum convenio ego prephatus Guillelmus tibi Raimundo comiti quod sim tuus fidelis homo et solidus contra cunctos homines et feminas per fidem sine engan sicut homo debet esse sui melioris senioris et faciam tibi ostes et cavalcadas cortes et placita et seguimenta. Et quod adjuvem te habere et tenere defendere et guerrejare omnem tuum honorem quem hodie habes vel in antea Deo juvante adquisieris contra omnes homines et feminas per fidem sine engan. Convenio iterum ego prescriptus Guillelmus tibi domino meo Raimundo comiti barchinonensi quod de meo honore quem habeo in Vallensi scilicet de Montbui et de Mont-

Perg. n° 50. 11 oct. 1135.

tornes non exiat tibi vel tuis modo vel deinceps ullum malum vel aliquod dampnum per me vel per meos meo ingenio vel consilio sive assensu. Si autem quod absit ullum malum vel dampnum inde tibi exierit ego redirigam tibi illud ad laudamentum tuum et proborum hominum tue curie infra XXX dies quibus a te amonitus fuero. Insuper ego prephatus comes Raimundus convenio tibi jamdicto Guillelmo quod sim tibi adjutor et defensor ad tenendum et habendum contra omnes homines et feminas omnem prenominatum honorem. Et si quis hoc disrumpere temptaverit niclul proficiat sed duplam compositionem persolvat et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Quod est actum V idus octobris anno XXVIII regni Ledovici regis. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi Sancti Martini qui hanc convenientiam feci laudavi firmavi firmarique rogavi. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsi dampnatis litteris in linea VIIII et XIII.

XVII.

Perg. nº 62.
7 julio 1136.

Ad notitiam cunctorum pervenire volumus qualiter diuturna contentio acta est inter dompnum Raimundum barchinonensem comitem et Guillelmum Raimundi Senescale unde multa et gravia mala processerunt. Tandem vero intervenientibus nobilibus et bonis viris pax inter eos composita est. Promisit namque suo domino comiti Guillelmus

Senescalcus ut licentiam acciperet ubicumque vellet et quandocumque vellet aquam ad molendinos suos barchinonenses ita ut non sit impedimentum ad capiendam aquam molendinis suis de Montescatano neque faciat ipsos molendinos ingurgitare. Reddit quoque comiti ipsam dominicaturam de Calles quam pater suus venerabilis Raimundus comes dederat per cartam Guillelmo Raimundi Senescalcs et ipsam cartam reddit ei ut faciat inde quidquid ei placuerit. Convenit etiam illi ut primum chastellanum quem mitet in chastrum Montis Scatani cum consilio comitis ibi eum mittat usque ad primum festum Sancti Michaelis. Item convenit ei ut totum edificium quod fieri fecit in monte Sancti Laurentii ex toto destruat. Iterum convenit ei quut faciat ei suas fidelitates et sacramenta quas ei debet facere et faciat et teneat placitum sicut apprehensum est inter ipsum Guillelmum et Beatricem sicut in scriptis eorum continetur: et reddat ipse Guillelmus comiti convenientias de Saliforas quas accepit de Berengario Guilaberti et de Petro Udalardi et ipse comes faciat eos reddere Guillelmo Loger quod ab ipso Guillelmo propter hoc acceperunt. Convenit etiam ut emendet Raimundo Bernardi de Ripolet malum quod ei fecit ad laudamentum domini Reiamballi et Arnalli barchinonensis prepositi. Deffinit quoque comiti omnia alodia que fuerunt Petri de Palacio ut faciat inde quidquid ei placuerit. Quod est actum nonas julii anno XXVIII regni Ledovici regis. Sig✠num Guillelmi Raimundi qui hanc deffinitionem et pacifficationem fecit firmavit testesque firmare rogavit. Sig✠num Bernardi Guillelmi de Luciano. Sig✠num Deusde. Sig✠num Gocerandi de Pinos. Signum Bernardi de Belloloco. Sig✠num Reamballi. ✠ Rai-

mundus Dei gratia ausonensis episcopus. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit suprascriptis litteris in linea V.

XVIII.

Perg. nº 63.
7 jul. 1136.

Cunctis innotescere volumus qualiter Guillelmus Raimundi Senescalci et uxor ejus Beatrix se presentaverunt ante archiepiscopum terrachonensem. Erat enim questio inter eos de conjugio suo utrum possent in eodem conjugio juste remanere. Qui auditis et discussis eorum rationibus et acceptis probationibus non sine sacramento judicavit divorcium debere fieri inter eos: verum amici eorum composuerunt pacem hoc modo inter eos. Laudaverunt siquidem ut ipsum honorem qui fuit Berengarii Raimundi Montis Catani ita inter se haberent. Primum quidem ut ipsas dominicaturas dum ipsa viveret haberent per medium. Staticam vero castrorum per singulos annos habeat VI mensibus Guillelmus Raimundi et Beatrix VI aliis mensibus donec ipsa maritum accipiat. Milites autem ipsius honoris faciant hominium Beatrici eo quod si Guillelmus Raimundi hoc ei frangere temptaverit valeant Beatrici et teneant se cum illa donec Guillelmus predictus quod infregerit ei restituat. Si vero Beatrix virum acceperit habeat in vita sua medietatem omnium dominicaturarum et staticam Sancti Marcialis per meliorationem cum laboratione boum sine

alicujus contrarietatis obstaculo: et post obitum suum remaneant filiis vel filiabus de Guillelmo Raimundi in se procreatis: et quod Beatrix in vita sua non impediat sue jamdicte partis honorem vinditione impigneratione vel donatione vel aliquo modo quo filiis suis et Guillelmi Raimundi ad perditionem veniret. Sed milites ipsi stent in hominio Beatricis usque ad obitum ejus. Excepto hoc Beatricis hominio ipsi milites serviant Guillelmo Raimundi et sint sui et habeat eos solidos. Actum est hoc nonas julii anno XXVIII regni Ledovici regis. Sig✠num Guillelmi Raimundi. Sig✠num Beatricis qui hanc convenientiam laudaverunt et firmaverunt. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Reamballi de Baseia. Sig✠num Raimundi Renardi. Sig✠num Petri Bertrandi de Belloloco. Sig✠num Bernardi de Belloloco. Sig✠num Berengarii de Cheralto. Sig✠num Bernardi Guillelmi de Luciano. Sig✠num Guillelmi de Pugalto. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit die annoque prephato litteris fusis in linea V et superpositis in XI et rasis in prima et superpositis et emendatis in linea VIII et rasis in linea III et prima.

XIX.

Perg. nº 64. 7 jul. 1136.

Hec est convenientia que est facta inter dominum Raimundum comitem Barchinonensem et Guillelmum Raimundi Senescale. Comendat namque jamdictus comes

Raimundus Guillelmo prelibato castrum de Todela et castrum de Sobreporta et castrum de Stella et castrum de Besora et castrum de Torreione castrum de Curul et castrum de Tonna castrum de Medaia et castrum de Clerano castrum de Montcada et de Vacherices castrum de Ribataiada et de Castelar et ipsum castrum de Fornels et donat ei ipsos feuvos predictis castris pertinentes ad servicium et fidelitatem suam. Propter hanc quoque comendationem et donum superius comprehensum convenit Guillelmus Raimundi Senescale jamdicto Raimundo coniti seniori suo quod sit suus homo solidus et fidelis sicut melius debet homo esse sui senioris et quod adjuvet eum fideliter habere tenere defendere et guerrejare omnem suum honorem quem hodie habet vel in antea Deo juvante adquisierit contra cunctos homines vel feminas qui suum honorem ei tulerint vel aliquid inde tollere temptaverint. Et faciat ei curtes et placitos et seguimenta et ostes et cavalcadas cum ipsis militibus predictorum castrorum que tenet per comitem quotienscumque comes hoc ei per se vel per suos mandaverit. Itemque convenit ei jamdictus Guillelmus quod donet ei potestatem sine engan de omnibus castris sive forticiis infra eorum terminos existentibus per quantas vices comes eam requisiverit per se aut per nuntium suum vel nuntios iratus vel paccatus cum forifactura et sine forifactura et non vetet se de hoc videri vel comoneri et nuntius vel nuntii qui hoc ei demandaverint in eundo vel redeundo reguardum non habebunt. Actum est hoc nonas julii anno XXVIII regni Ledovici regis. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi Raimundi Senescale. Sig✠num Reamballi de Baseia. Sig✠num Be-

rengarii de Cheralto. Sig✠num Arnalli Berengarii de Anglesola. Sig✠num Raimundi Renardi. Sig✠num Guillelmi Raimundi de Pujalto. Sig✠num Bernardi de Belloloco. Sig✠num Deusde. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit die annoque prephato superpositis literis in linea VII.^{ma}

XX.

Perg. nº 66.
24 jul. 1136.

Hec est convenientia que est facta inter domnum Raimundum comitem Barchinonensem et Deusde. Donat namque prelibatus comes Raimundus jamdicto Deusde decimum de ipsis pariis Ispanie que amodo inde exierint comiti nominatim per ipsam pacem ad fevum. Tali quoque modo ut ipse Deusde vadat aut mitat nuntium suum illuc ad ipsas parias fideliter recipiendas et faciat ex eis quicquid comes ei mandaverit secundum posse suum. Propter hoc quoque donum superius comprehensum jamdictus Deusde est homo ejus et convenit ei ut sit ei inde fidelis et serviat ei bene. Iterum convenit prephatus comes prelibato Deusde ut quando Deus dederit ei de terris Ispanie multum aut parum vadat donando de ipsis terris secundum esse ipsius honoris ad ipsum Deusde tandiu donec habeat ei completas quinquaginta cavallarias in honore usque ad partes Valencie. Propter hoc totum donum suprataxatum prephatus Deusde convenit seniori suo Raimundo comiti ut

bene serviat ei et sit ei fidelis: et cum compleverit ei comes jamdictus prephatas quinquaginta cavallerias in honore usque Valenciam prephatus Deusde sit suus et sit ei fidelis de omni honore ejus contra omnes homines et feminas excepto vicecomite Cardone et quod tunc ei faciat convenientias et sacramentalia laudimio curie comitis nobilium hominum. Quod est actum VIIII kalendas augusti anno XXVIII regni Ledovici regis. Et quod jamdictus Deusde non habeat licentiam dimitendi predictum honorem nisi filio suo : et si predictus comes veniret ad discordiam cum vicecomite Cardone filius Deusde vel homines ipsius honoris valeant comiti per fidem sine engan. Et comes accipit de Deusde morabatinos CC in auro. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Deusde qui hanc convenientiam fecit firmavit firmarique mandavit. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Guillelmi de Pugalto. Sig✠num Bernardi de Belloloco. Sig✠num Bernardi Guillelmi de Luciano. Sig✠num Bernardi de Casteleto. Sig✠num Raimundi Petri de Baneres. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit die annoque prescripto.

XXI.

Reg. 1897. fol. 98. abr. 1136.

Nos Johannes etc. Attendentes quod olim Ramirus rex Aragonum memorie recolende ex justis et rationabilibus causis ad hec ipsius animum inductivis concessit vobis pro-

bis hominibus de Unicastro presentibus et futuris quoddam privilegium continentie subsequentis. In nomine summi et incomparabilis boni quod Deus est. Ego Renimirus Dei providencia Aragonum rex facio hanc cartam donationis et confirmationis sive ingenuitatis et franchitatis vobis omnes homines de Unocastello tam clericis quam laicis per nomen et a tibi Sanccio Bita abbate de Sancti Martini et a tibi Sanjo Ennecons et Johan Garcez filio de illo alcalde et Petro Feringonis Aroyo et Petro Galinç de Olalia et Petro Petrez et Garcia Garcez de Biel Petro Arceiz de Ariego Sanjo Ennecons genero de illos don Elo Petro Aquierra Johan Garcez de Certera Fertum Ennecons de Feliçana Petro Annaya Sanjo Alinç de Lopera Enecon Sanç cognato de Sanjo Soto Sanjo Carnarero Johan Fertungans suo germano Garcia Blasch illo prior de Sancti Martini Johan de Osma Johan de Robayo Johannes Ariol Garcia Fertungans suo genero Garcia Sanç de Pitiella Garcia Arcez de Garcia en Lop Arceyz suo cognato Sanjo Aziniello Garcia de lo Moro Monjo Fertun de tota Borra Sanjo de Gavars Sanjo Johannis de Barbitierno vos supranominati misistis vestras animas usque ad mortem per amorem de vestros vicinos et propter fidelitatem meam placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate et obtimo cordis afectu et propter amorem et servicium magnum que michi fecistis et fidelitatem que tenuistis ad antecessores meos et postea ad me ipso et quare tornastis michi illum castellum et tollistis eum ad meos inimicos scilicet ad Arnalt de Lastun qui erat meum rebellem et non colligebat michi in illo castello nec in illa villa et volebat alium regem super me mittere et volebat totam meam naturam deshereditare

et insuper propter hec predavit illam villam jamdictam et matavit ibi meos homines et vestros parentes pene quadraginta : ideo propter hoc et multa alia bona quod michi fecistis facio vobis liberos et franchos de totos illos debitos quod michi debetis facere excepto quod eatis mecum in hoste et si aliquis ex meis propinquis hanc donativum suprascriptum voluerit dirrumpere fiat anatematiçatus et maledictus in inferno inferiori salva mea fidelitate et de omni mea posteritate de qua et non alio segnorio sit castellum et villa ipsa per secula cuncta amen. Sig✠num Ranimirus regis. Sig✠num Raimundi comes. Facta vero hanc cartam in mense augusto in era millesima centesima septuagesima quarta in villa et castro quod dicitur Unocastello regnante me Ranimirus Dei gratia rex in Aragone et in Suprarbi sive in Rippagorcia episcopus Sanccius in Orugna episcopus Dodus in Jacca et in Ocsha episcopus Gaufredus in Rota et in Barbastro Senior in Unocastello Frantin Petro Garcez Doriç en Sos Petro Caresa en Exea Petro Loppez in Luesia Castonge en Biel Lop Ennecons en Luna Gomes en Ayerbe Fertun Guerra in Arosta Ferriç in Sancta Eulalia Galveç Ximenos en Alcala Fertun Dat en Barbastro comte Arnald Mir de Pallars en Boyl et Enneco Loppez de Jacca merino in Unocastello et in Jacca. Ego Sanccius scriptor sub jussione domini mei regis hanc cartam scripsi et hoc sig✠num feci. Cui quidem privilegio licet principum beneficia debeant esse mansura et maxime que retributionis merito conceduntur atamen per predecessores nostros quandoque mandatum extitit contrahire vosque juvare ipsorum indignationem et displicentiam precaventes contra eos dicto privilegio metuistis ob

quod dubitantes fuisse propterea dicto privilegio derogatum nobis humiliter suplicastis quod ipsum saltim quoad hec videlicet quod vos et successores vestri incole dicte ville non teneamini ire in hoste juncta exercitu aut cavalgata nisi tunc solum quando nos aut successores nostri reges Aragonum in dictis hoste juncta exercitu aut cavalgata proficisci contigerit et personaliter interesse: immo a predictis omnibus et singulis et eorum redempcionibus necnon a solucione monetatici sitis quitii perpetuo et imunes quodque castrum et villa ipsa a corona regia et bonis suis non valeant ullo tempore separari et quod de et sub nostri et successorum nostrorum regum Aragonum inmediato dominio cunctis temporibus remaneant et existant dignaremur de certa sciencia et specialiter confirmare et si necessarium esset noviter indulgere. Prospicientes inquam quod predecessores vestri seque et sua pro ipsius regis fideli servicio finali discrimine audatissime exponendo indultum ipsum obtinere efusione sanguinis meruerunt ut ex ipsius concessi serie demostratur essetque nimis injustum quod privilegium sit obtentum precio sanguinis immo verius emptum per non usum utique simplicitate transcursu aliquo temporis frustaretur: attendentes preterea quod villa et castrum predictum existunt in confinibus regni Navarre periculosumque existeret castrum ipsum dimitere defensoribus destitutum: idcirco moti predictis et aliis et ad incliti infantis Martini ducis Montisalbi fratris nostri carissimi humiles intercessus vobis hominibus dicte ville Unicastri presentibus et futuris preinsertum privilegium quoad superius expressata de nostra certa sciencia confirmamus: volentes et concedentes serie cum presenti quod vos et om-

nes successores vestri habitatores dicte ville universaliter aut singulariter de cetero non teneamini esse neque ire in hoste juncta exercitu aut cavalgata nisi tunc solum quando nos aut successores nostri reges Aragonum in dictis hoste juncta exercitu et cavalgata proficisci contingerit et personaliter interesse. Quinimo a predictis omnibus et singulis et eorum redempcionibus necnon a monetatici solucione universaliter et singulariter remaneatis et sitis quitii perpetuo et inmunes vosque et successores vestros de predictis omnibus et singulis et eorum necessitate infranquimus quitamus et exhimimus cum presenti: quodque castrum et villa ipsa corone regie perpetuo et inseparabiliter sint afixa ita quod ab ea per nos aut successores nostros numquam valeant neque possint aliquatenus separari sed sub et de nostri et successorum nostrorum regum Aragonum immediato dominio et non de alio cunctis temporibus remaneant et existant. Injungentes nichilominus cum hac eadem gubernatori justicie Aragonum ceterisque officialibus et subditis nostris dicti regni presentibus et futuris et eorum locatenentibus quatenus confirmationem et concessionem nostram hujusmodi teneant et observent faciantque ab aliis inviolabiliter per omnia observari. In cujus rei testimonium presentem fieri jussimus nostre majestatis sigilli munimine roboratam. Data in villa Montissoni XIIII die mensis septembris anno a nativitate Domini millessimo CCCLXXX nono regnique nostri tercio.—Rex Johannes. — Sig✠num Johannis etc. — Testes sunt inclitus infans Martinus dux Montisalbi Garcias archiepiscopus Cesarauguste Johannes Impuriarum comes Hugo comes Cardone et Raimundus Alamani de Cervilione. — Sig✠num mei Petri de Ben-

viure secretarii dicti domini regis qui de ipsius mandato hec scribi feci et clausi. Corrigitur autem in III linea per nomen et in penultima magestatis.—Dominus rex mandavit michi Petro de Benviure.

XXII.

Hec est convenientia que est facta inter domnum Raimundum Barchinonensem comitem et Guillelmum de Montepessulano. Donat namque jamdictus comes Raimundus prephato fideli suo Guillelmo de Montepessulano per fevum civitatem Tortuosam cum omnibus terris et castris et municionibus et omnibus ad ejus dominatum pertinentibus secundum determinationem ipsius episcopatus. Propter hoc autem donum superius comprehensum ipse Guillelmus de Monte Pessulano efficitur homo ejus manibus propriis et convenit ei ut sit fidelis ejus et amicus per fidem sine malo ingenio et quod adjuvet eum tenere et defendere omnem honorem quem hodie habet vel in antea adquisierit per ejus consilium contra cunctos homines et feminas per fidem sine engan. Et ipse comes convenit ipsi Guillelmo ut adjuvet eum tenere et defendere sicut fideli homini suo omnem suum proprium honorem quem hodie habet vel in antea habuerit per ejus consilium contra omnes homines et feminas. Quando vero . . . . . io ipsa civitas Tortu .

Perg. nº 73.
28 dic. 1136.

. . . . . testatem christianorum deve . . . . . habeat eam predictus Guillelmus et projenies ejus . . . . psum comitem cum omnibus sibi pertinentibus sicut superius scriptum est et tunc fac . . . . tates suas et servic . . . . mo ejus solidus et adju . . . . tra omnes homines . . . . . . aganos et christian . . . . . teneat pacem pro . . . . aciat guerram quandocumque prepha . . . . es ei mandaverit. Hactum . . . . . hoc V kalendas januarii anno Dominice incarnationis CXXXVI post millesimum.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi Montis Pessulani qui hoc donum fecit firmavit et testes firmare rogavit. Sig✠num Raimundi Fulconis. Sig✠num Raimundi de Montelauro. Sig✠num Bernardi de Pinnano. Sig✠num Guillelmi Airradi. Sig✠num Petri Girberti. Sig✠num Gauceberti vicecomitis Castellinovi. Sig✠num Gaucerandi de Pinos. Sig✠num Reamballi. Sig✠num Guillelmi de Pugalto. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Petri Bertrandi de Belog. Sig✠num Bernardi de Belog. Sig✠num Artalli de Castellonovo. Sig✠num Petri Raimundi Mainardi. Sig✠num Gerberti cannonici Sancti Ruphi.—Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit superpositis literis in linea VI[a] que dicunt projenies ejus.

XXIII.

Perg. nº 80. 3 mar. 1137.

Anno dominice incarnationis millessimo centesimo trigesimo septimo post millesimum facta est spontanea pax et amicabilis concordia inter venerabilem Raimundum barchinonensem comitem et Poncium Ugonis impuritanensem comitem de controversis et malefactis quamplurimis et de fractione tregue et pacis et fidelitatis unde multoties conquerebantur ad invicem. Primum namque supradictus Poncius comes convenit prelibato domno suo Raimundo comiti barchinonensi fideliter servare et tenere illam deffinitionis et evacuationis scripturam quam pater ejus Ugo impuritanensis comes ecclesie gerundensi et ejus episcopo et cannonicis fecit de ipso honore quem gerundensis ecclesia habet vel habere debet in Castilione vel in ejus terminis. Et convenit eidem comiti cum utriusque sexus parrohechianis ecclesie Castilionis quod gerundensis ecclesie preposito non impediant terras aliquo modo laborare vel tenere sive mutare quandocumque vel quocumque voluerit. Item convenit ei prephatus Poncius comes assensu spontaneo et voluntaria disposicione ut ex toto destruat erradiscet et depopuletur ipsum castrum de Charmezo: et prephatus barchinonensis comes convenit depopulari et funditus erradicare castrum Rochabertini sub prephata voluntaria disposicione et spontaneo assensu comitis impuritanensis et

quod nulla occasione vel ingenio jamdictus Poncius comes contra prephatum comitem tristetur barchinonensem pro prephatorum castrorum ruina: et quod ulterius castra prephata a Poncio comite jamdicto vel ab aliquo suo consilio vel ingenio nullatenus reedificentur sine prephati comitis barchinonensis voluntaria permissione. Inter Raimundum autem de Petra Lata et fratrem ejus Eimericum ac Poncium comitem prelibatum fiat pax sine engan et firma et faciant ei hominium et distringant ipsam monetam in Petra Lata et habeant sex denarios in unaquaque libra per fevum per predictum Poncium comitem. De controversia autem vicecomitis Castellinovi et prephati Poncii comitis decretum est quod postquam fuerit redeptum pignus barchinonensis comes ponat ibi tales viros pacificos qui pacem inter eos firmam componant unde sint ambo pachati. Negocium vero Gaufredi de Cersed et Arnalli de Sancto Johanne fiat sicut firmatum est et factum teneatur sine engan: Bernardus autem de Sancto Mauricio et frater ejus Guillelmus ita habeant suum honorem fevum scilicet et pignora et cetera omnia sicut pater eorum Guillelmus Poncii melius habebat et tenebat cum Iherosolimam pro Dei amore perexit. Raimundus Rodballi et frater ejus Petrus habeant villam ipsam de Palacio cum universis sibi pertinentibus in monte et in plano sicut Raimundus Guillelmi vicecomes eam melius habuit vel tenuit salvo jure gerundensis ecclesie medietatem per fevum et medietatem per alodium. Gerallus de Rupiano recuperet suum alodium de villare Sancti Mathei et Bernardus Guifredi suas decimas de Gauses et sit firma pax inter illos : Bernardo autem de Campman et filiis suis dimitit prephatus Poncius comes

omnem suum honorem ubicumque sit et sit firma pax inter illos. Prephata autem omnia que superius scripta sunt ego supradictus Poncius comes convenio sub hominio et fidelitate tibi comes senior meus tenere servare et implere tibi et per te omnibus qui superius sunt scripti et finem facere omnibus qui per te michi nocuerunt dicto vel facto et hoc totum faciam et atendam per fidem sine engan. Actum est hoc III nonas marcii anno I regni Ledovici.— Sig✠num Poncii comitis impuritanensis qui hanc convenientiam fecit firmavit et testes firmare rogavit. Sig✠num Bernardi Guillelmi de Monteschiu. Sig✠num Raimundi Ademarii. Sig✠num Raimundi Dalmacii. Sig✠num Guillelmi de Garriga. Sig✠num Guillelmi Raimundi de Pau. Sig✠num Artalli de Mediniano. Sig✠num Arnalli de Lercio. Sig✠num Guillelmi Gaufredi. Sig✠num Reamballi. Sig✠num Geralli de Rupiano. Sig✠num Berengarii de Lercio. Sig✠num Petri de Torredela. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Bernardi de Belloloco. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit superpositis literis in linea XI et fusis.

Perg. nº 80. 5 mar. 1137

Hec est convenientia que est facta inter Raimundum Berengarii comitem barchinonensem et bisullunensem et Poncium Ugonis comitem impuriensem. Comendat namque predictus comes barchinonensis jamdicto comiti impuritanensi ipsum castrum de Cerset et donat ei ipsos fevos qui ad ipsum castrum pertinent simul cum ipsa dominicatura quam habet in honore Guillelmi Gaufredi in parrochia de Cersed cum ipsis albergues de Terrad ad fevum. Similiter comendat ei ipsum castrum de Molins et donat ei ipsos fevos qui ad ipsum castrum pertinent simul cum ipsis alberges quas ibi

habent et quas habent in Figueres et in Baudela similiter ad fevum. Propter hanc comendationem et donum et propter illum honorem quem pater predicti Poncii tenuit per supradictum comitem jamdictus Poncius comes est homo suis propriis manibus et convenit ei ut donet ei potestatem de supradictis castris per quantas vices eum inde requisierint per se aut per suos nuncios vel nuncium iratus aut pachatus cum forfet et sine forfet et non vetet se inde videri vel comoneri et nuncius quem ei miserit reguardum non habeat. Item convenit jamdictus Poncius comes prenominato Raimundo comiti ut de ista ora in antea fidelis adjutor sit et de omni suo honore quem hodie habet vel in antea adquisierit in omnibus locis contra cunctos homines vel feminas tam christianos quam sarracenos ad tenere defendere conquirere et aprehendere et sequi illum per suum corpus sicut homo debet facere suo meliori seniori. Et si qua utriusque persona tolleret aut tollere voluerit aut guerrejare sit ei predictus Poncius comes fidelis adjutor per fidem sine engan contra cunctos homines vel feminas. Acta convenientia III nonas martii anno dominice incarnationis CXXXVII post millesimum regisque Ledovici I. Sig✠num Poncii comitis impuritensis qui hanc convenientiam fecit laudavit et propia manu firmavit. Sig✠num Bernardi Guillelmi de Monteschiu. Sig✠num Raimundi Ademarii. Sig✠num Raimundi Dalmacii. Sig✠num Guillelmi de Garriga. Sig✠num Guillelmi Raimundi de Pau. Sig✠num Artalli de Midiniano. Sig✠num Guillelmi Jofredi. Sig✠num Reamballi. Sig✠num Geralli de Rupiano. Sig✠num Berenguer de Lerc. Sig✠num Petri de Torredela. Sig✠num Guillelmi de Càstelvi. Sig✠num Ber-

nardi de Belloloco. Sig✠num Raimundi de Peralata. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit superpositis literis in linea III.

XXIV.

Perg. nº 86. 11 ago. 1137.

In Dei nomine: Ego Ramimirus Dei gratia rex Aragonensis dono tibi Raimunde Barchinonensium comes et marchio filiam meam in uxorem cum totius regni Aragonensis integritate sicut pater meus Sancius rex vel fratres mei Petrus et Hildefonsus melius unquam habuerunt vel tenuerunt ipsi vel utriusque sexus homines per eos salvis usaticis et consuetudinibus quas pater meus Sancius vel frater meus Petrus habuerunt in regno suo. Et comendo tibi omnes prephati regni homines sub hominio et juramento ut sint tibi fideles de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent sine omni fraude et decepcione et ut sint tibi fideles de omni regno pretitulato et universis omnibus ad illud regnum pertinentibus salva fidelitate mei et filie mee. Hec autem omnia superius scripta ego prephatus rex Ranimirus taliter facio tibi Raimunde Barchinonensium comes et marchio ut si filia mea mortua fuerit prephata te superstite donacionem prephati regni libere et inmutabiliter habeas absque alicujus impedimento post mortem meam. Interim vero si quid augmentacionis vel

tradicionis de honoribus vel municionibus prephati regni me vivente facere tibi voluero sub prephata hominum fidelitate firmum et inmobile permaneat. Et ego prephatus rex Ranimirus sim rex dominus et pater in prephato regno et in totis comitatibus tuis dum mihi placuerit. Quod est actum III idus augusti anno incarnationis Dominice CXXXVII post millesimum era millesima centesima LXXVI prephato rege Ranimiro regnante.—Signum Ranimiri✠regis.—Ut omnia superius scripta fideliter et incomutabiliter observentur prenominatus rex Ranimirus comendavit comiti Barchinonensi suos barones subscriptos suo hominio et juramento. In primis comitem Palearensem. R. Petri de Eril. Petrum filium ejus. P. Raimundi de Stada. Gomballum de Benavent. Blasc Furtuno Dazlor. Guillelmum de Capela filium Berengarii Gomballi. Bernardum Petri de Laguarces. Petrum Lobic Sancti Stephani. Gali Garces Sancti Vincentii. Petrum Mironis de Entenza. Gomballum de Entenza. Lop Garces Laita. Frontinum Gomez Ferriz. Pelegri de Castelazol. Arpa. Sansanc Darsu. Maza. Furtudat de Barbastro. Furtun Garcez fratrem de Maza. Garciacez Doscha. Garcia de Radelar. Lopo Blasc de Pomar Porchet. Petrum fratrem ejus. Ramon de Larbes. Michael Dalbera. Sanc Daudilone. Gali Sanc de Grads. Lop Sanc de Lacha. Gaiet. Pedro Lobic de Lusia. Gali Xemenons Dalcala.—Poncius scriptor hoc scripsit domini regis precepto die annoque prephato qui solito more hic suum posuit sig✠num.

XXV.

Juro ego. . . . . . . tibi Raimundo Berengarii comiti Barchinonensi quod de ista hora in antea fidelis ero tibi de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent per fidem sine engan: et fidelis ero tibi de ipsa civitate de Oscha et de omni regno Aragonensi quod nec ego illud tibi tollam nec inde tollam nec homo nec femina per meum consilium vel assentimentum et ero tibi fidelis adjutor contra omnes homines et feminas per fidem sine engan salva fidelitate regis Ranimiri et filie sue. Sicut superius scriptum est ita tenebo et atendam per Deum et hec sancta IIII evangelia.—Hoc juramentum fecerunt omnes burgenses oscenses Raimundo comiti Barchinonensi ex precepto regis Ranimiri in sede Oscensi super altare sancti Egidii et super IIII evangelia VIIII kalendas septembris anno MCXXXVII ab incarnatione Domini.

Perg. nº 76.
24 ago. 1137.

XXVI.

Perg. n° 87.
27 ago. 1137.

Hoc est donativum quod facit dominus Ranimirus rex Aragonensis illustri Barchinonensium comiti Raimundo. Donat namque ei confirmat et laudat quod ab ipso die quo ei donavit filiam suam cum suo honore et suos homines et in hominio comendavit apud Barbastrum quicquid actenus rex alicui dediset vel consensisset totum irritum fiat nullamque stabilitatis rectitudinem habeat. Itemque donat ei et firmiter laudat quod ab odierna die in antea nichil nunquam alicui donet vel laudet absque consilio et bona voluntate comitis : quod si facerit similiter irritum fiat et sine stabilitate. Hoc donum fecit rex Ranimirus consilio et voluntate suorum nobilium hominum subscriptorum in castro Daierb VI kalendas septembris anno dominice incarnationis CXXXVII post millessimum. Era MCLXXVI in presencia episcopi oscensis abbatis Montis Aragonis Gomez Maza Raimundi de Larbes Garcia Cere de Oscha Furtun de Bergua Lop Garcec Laitan Enego Lopec Lobalasc P. Lobez de Lusia et aliorum multorum nobilium testium et auditorum curie regis qui hoc fieri voluerunt et factum pariter laudaverunt. Signum regis Ranimiri ✠. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit ex mandato domini regis prephati.

XXVII.

Omnibus est manifestum quod ego Ranimirus Dei gratia rex Aragonensis dedi filiam meam Raimundo comiti Barchinonensi simul cum omni regni mei honore. Nunc ergo spontanea voluntate ac firmo cordis affectu volo precor et mando cunctos homines meos milites scilicet clericos ac pedites quatenus castra et municiones sive alios omnes honores ita per eundem Raimundum comitem deinceps teneant et habeant sicut per regem debent tenere et habere et ei tamquam regi in omnibus sub continua fidelitate obediant. Et ut in hoc nullum ocasionis vel pessime machinacionis ingenium ab aliquo possit intelligi totum ei dimito dono atque concedo quicquid retinueram in ipsa alia carta donationis regni quam ei antea feceram cum filiam meam ei dedissem. Supradicta quoque omnia ego Ranimirus Aragonensium rex dono et firmiter laudo prephato Raimundo comiti barchinonensi ut hec que illi presentialiter dono et omnia alia que habebat semper habeat ad servicium meum et fidelitatem omni tempore. Quod est actum insuper Saragoza idus novembris in presentia multorum nobilium hominum regni Aragonensis inibi asistencium anno dominice incarnationis CXXXVII post millesimum era millessima CLXXV. Supradicta omnia illi dono et firmiter laudo sicut melius unquam habuit frater meus Andefonsus et

Perg. nº 85.
13 nov. 1137.

habeat ea omnia ad fidelitatem meam omni tempore. Sig✠num regis ✠ Ranimiri. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit domini regis precepto.

XXVIII.

Perg. n° 96.
21 feb. 1139.

Hec est convenientia et concordia quam fecerunt inter se illustris Adefonsus imperator Ispanie et Raimundus Berengarii comes Barchinonensis ac princeps Aragonensis. Concordati sunt in primis super illam terram quam tenet Garcias rex Pampilonensium tali scilicet modo ut Adefonsus imperator predictus habeat ex ea Maregno et totam aliam terram quam Adefonsus rex avus illius illo die quo mortuus est ultra Iberum ex parte Pampilonie tenebat. Consul vero Barchinonensis habeat de cetera terra quam tenet rex Garsias totam illam terram que regno Aragonensi pertinet sicut eam dompnus Sanccius rex et Petrus rex temporibus suis sine hominio quod per illa fecisset possederunt. De alia quoque terra Pampilonie pro qua rex Sanccius et rex Petrus Adefonso regi Legionensi hominium fecerunt habeat imperator Adefonsus terciam partem ex ea et Raimundus comes Barchinonensis duas. Et pro illis duabus partibus quas habebit faciat imperatori Adefonso tale hominium quale rex Sancius et rex Petrus Adefonso regi avuo imperatoris Adefonsi fecerunt. In ipsa vero tercia parte imperatoris sit castrum Stelle et in duabus partibus

comitis sit Ernnia civitas. Preterea venerabilis Adefonsus imperator et illustris Raimundus barchinonensium comes in hoc sunt concordati ut de illis terris Pampilonie quas partituri sunt sicut supradictum est quicquid ambo vel unus sine altero et per suos homines quocumque modo recuperare aut acquirere poterint habeat imperator terciam partem et comes jamdictus duas quousque totum adquirant. Cum autem totum fuerit adquisitum dividant inter se modo prescripto et firmiter habeant. Facta convenientia et concordia apud Charrionem VIIII kalendas martii anno dominice incarnationis CXXXVIIII post millesimum era millesima CLXXVIII presente dompno Berengario Salamantino episcopo et Bernardo Segontino episcopo necnon et Petro Burgensi electo atque in presentia comitis Roderici Gomez et comitis Ferrandi et comitis Osorii Martinz et Gotterre Ferrandez ac Poncii de Cabrera et Diac Monioci majorisdomus imperatoris et Roderici Ferrandez et Lop Lobez et Raimundi Fulconis vicecomitis Cardone atque Guillelmi Raimundi Dapiferi et Gaucerandi de Pinos ac Bernardi Guillelmi et Petri Taresa atque Frontini et Johannis Diaz et Lup Sancii de Belxid atque Artalli de Alago et aliorum nobilium in curia domini imperatoris existencium. Tandem conveniunt inter se imperator et comes quod de supradictis honoribus unusquisque eorum valeat alteri per fidem sine enganno et nullus eorum treguam aut placitum cum prescripto Garcia faciat sine alterius consilio. Sig✠num imperatoris. Sig✠num Raimundi comes.

XXIX.

Perg. n° 109.
23 feb. 1139.

Conneguda cosa sie. Quod ego Erme. . . . et co. . . . . . . re Rouric et filio nostro Ermengaudus junioris facimus tibi meliorament ad te Ramon Arnad et ad tuis de ipsas casas que tibi as per tuum alau in Acrimont in barrii de Cervia ad ipsa porta de Balaguer et sunt in ipsa rocha. Nullus omo nec femina qui tort te faciat et not vulla fer directum que te monstrat ad prodi omines de ipsa vila et illos que te adjuvent a demmanar et ad guerrejar et ipsas casas suprascriptas siant si franchas et onoratas et legitimas et securitas quod ipsa cambra de ca contessa. Nullus omo nec femina qui ipsas casas toch ne forcar voluerit sic siant demandatas quo ipsa cambra de ca contessa. Sig✠num Ermengaudus comte Durgel. Sig✠num comtessa Helvire Rouriz. Sig✠num Ermengaudi junioris. Nos qui ista comandavimus scribire et ad testes firmare. Que est acta VII kalendas marcii anno III regni Leudovice junioris. Sig✠num Pere de Pugeru. Sig✠num Guillem de Pontis. Sig✠num Mir Guillem. Sig✠num Arnad de Pontis. Sig✠num Ponc Pilicer. Sig✠num Guillem Mir. Isti sunt testes. Petrus sacerdos rogatus scripsit et signum hoc im✠pressit et die et anno quo supra.

XXX.

Perg. nº 106.
27 oct. 1139.

Sit notum presentibus atque futuris quod ego Raimundus Berengarii barchinonensis comes et marchio ac princeps Aragonensis dono tibi Reverterio vicecomiti Barchinone totum ipsum vicecomitatum Barchinone cum omne honore eidem vicecomitatui aliquo modo pertinente totum integre sicut melius umquam illum habuit et tenuit in vita sua Udalardus vicecomes per Raimundum Berengarii comitem veterem. Comendo iterum tibi jamdicto Reverterio castrum de Apiera et dono tibi omnes fevos jamdicto castro pertinentes tali scilicet modo simul cum ipsis militibus predicti castri cum tota ipsa dominicatura quam ibi habeo vel habere debeo vel homo per me. Comendo iterum tibi ipsum castrum quod dicitur Castel Oduli et dono tibi omnes fevos sibi aliquo modo pertinentes cum ipsius castri militibus cunctis. Comendo etiam tibi ipsum castrum quod dicitur Cabrera et dono tibi omnes fevos eidem castro pertinentes tali scilicet modo ut eiciam de ipso castro de Cabrera ipsos castlanos Mironem Guillelmi et Guillelmum de Monteboi quando tu predictus Reverterius mihi mandaveris. Quod si tu predictus Reverterius volueris quod prephatus Miro Guillelmi habeat per te ipsum castrum et ibi eum remanere volueris ego faciam tibi convalentem emendationem ipsius castlanie honoris in Terracia vel in loco

ubi tu ipse vel tui per te melius habere voluerint. Super hec omnia dono tibi monasterium Sancti Cucuphati in Vallense cum omnibus honoribus eidem cenobio pertinentibus simul cum ipso senioratico quem habeo vel habere debeo in prephato cenobio et ejus honoribus. Prephatam siquidem emendationem ipsius castlanie de Cabrera si recipere velles modo prescripto facerem tibi ad laudimium Raimundi Fulconis et tui homines Rodberti et Berengarii Raimundi Barchinone vicarii. Omnia superius scripta dono ac firmiter laudo ego Raimundus comes prescriptus tibi jamdicto Reverterio filiisque tuis et succedentis tue projeniei ut habeas ea teneas et possideas tu et projenies tua per secula cuncta ad fidelitatem et servitium meorum et successorum meorum. Propter hanc quoque donationem superius comprehensam convenio ego Reverter tibi seniori meo Raimundo comiti barchinonensi quod sim tuus homo solidus et fidelis contra cunctos homines vel feminas sicut homo debet esse de suo meliori seniore per rectam fidem sine engan et faciam tibi vel fieri faciam ostes et cavalcadas cortes et placitos et seguimenta et quod reddam tibi prenominata castra vel reddi faciam iratus aut pachatus cum forisfactura et sine ea per quantas vices ea a me requisieris per te vel per tuos. Si quis presentem donationem dirumpere temptaverit nichil omnino proficiat set duplam compositionem persolvat et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Quod est actum VI kalendas novembris anno dominice incarnationis CXXXVIIII post millessimum regisque franchorum Ledovici junioris anno III. Sig✠num Raimundi comes qui hoc firmavit testesque firmare rogavit. Sig✠num Arberti de Apierola. Sig✠num

Rodlandi fratris ejus. Sig✠num Guillelmi Montispessulani. Sig✠num Berengarii Raimundi barchinonensis vicarii. Sig✠num Rodberti hominis Reverterii. Sig✠num Guillelmi de Subiratis. Sig✠num Bertrandi de Casteleto. Sig✠num Poncii de Monte Lauro. Sig✠num Raimundi de Barberano. Sig✠num Artalli de Castellonovo. Sig✠num Berengarii filii Berengarii Raimundi. Sig✠num Petri Raimundi de Villa de Man. Sig✠num Deusde de Tamarito. Sig✠num Raimundi Renardi. Sig✠num Guillelmi Raimundi Senescalc. Sig✠num Bernardi de Belloloco. Sig✠num Petri Bertrandi de Belloloco. Sig✠num Bernardi Berengarii barchinonensis ecclesie canonici. Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc illius jussione conscripsit die annoque prescripto suprapositis literis in linea III.

XXXI.

In nomine Sancte Trinitatis et individue Unitatis patris Perg. nº 111. 19 may. 1140.
et filii et Spiritus sancti amen. Ego Raimundus Dei gratia Barchinonensis comes et Aragonensium princeps dono tibi fid. . . . eo Enneco Sancio de Burbachana et filiis tuis et omni tue projenie bono animo et spontanea voluntate propter servicia que. . . . isti et cotidie facis totam illam hereditatem quam habent et tenent filii de Abin Sila in termino de Aranda cum omnibus in se existentibus vel ad se qualicumque modo pertinentibus ut habeas illam. . .

eas et posideas per heredit. . . . . . per facere totam tuam voluntatem sicut de tua propria causa tu et omnis posteritas tua per. . . . cuncta. . . . . . tem meam et successorum meorum. Facta carta donationis XIIII kalendas junii in civitate Cesarauguste era MCLXXVIII me Raimundo comite dominante in Barchinona et in Aragone et. . . . . et in Ripa Corça et in Çaragoça. Episcopo Bernardo in Çaragoça. Episcopo Michaele in Tirasona. Episcopo Dodone in Oscha. Lop Lopez in Çaragoça et in Calatajub. Rodric Rodrec in Epila. Artal in Alagon. Petro Taresa in Boria. Fertun Acenarç in Taraçona. Garcia Ortiz in Fonte. S. . . . Enneque in Darocha. Lop Sanç in Belgit. Sig✠num Raimundi comes. Et sunt testes hujus rei Frontinus. Galin Açenareç alchaid de Çaragoça. Petrus Raimundi de Ricla. Sanlo Lopeç alchaid de Calatajub. San. . . . . nons Çalmedina de Çaragoça. Sig✠num Poncii. . . . comitis qui hoc scripsit per mandatum comitis.

XXXII.

Perg. nº 116. 16 set. 1140. Universorum per orbem fidelium noticie pateat qualiter Adefonsus inclitus Aragonensium rex in suo pleno sensu et memoria et ad extremum etiam vite sue totum suum regnum quod ipse habebat et tenebat dedit in suo testamento dimisit omnipotenti Deo redemptori nostro ejusque

sacrosancto sepulcro necnon et sanctissimo iherosolimitano ospitali venerandeque milicie templi et ut post obitum ejus hoc firmum et ratum haberetur suos homines jurare fecit. Qua de causa venerandus patriarcha domnus Guillelmus iherosolimitanus cum comuni capitulo totius sepulcri rogavit domnum Raimundum magistrum ospitalis Iherusalem rogandoque precepit et in suo arbitrio misit ut quicquid de parte hujus regni ad ospitale pertinente faceret similiter de alia parte que pertinet dominico sepulcro fecisset. Igitur supradictus Raimundus dum ad partes Ispanie venit hoc suprascriptum regnum tenentem Raimundum comitem barchinonensem invenit quem utilem ac necessarium ad regendam ac defendendam terram cognovit. Ideoque comunicato consilio cum omnibus cannonicis sepulcri quos invenire potuit cum Guillelmo videlícet priore Castelle cum Alexandro priore Gronii aliisque quampluribus ad utilitatem dominici sepulcri cannonicorum sicut fecit ad opus sue domus hanc cartulam sive hoc pactum facere jussit et hanc scripturam subtus scriptam in persona domini patriarche scribere fecit et firmavit ut dominus patriarcha hoc factum confirmet et sigillo suo assignet. Igitur ego supramemoratus Guillelmus Iherosolimitanus Dei gratia patriarcha una cum omni conventu totius ecclesie dominici sepulcri atque consilio et assensu nobilium militum Aragonensis regni qui hoc juraverunt damus et concedimus tibi suprascripto comiti barchinonensi Raimundo tueque cuncte projeniei ad servicium Dei et fidelitatem predicti sepulcri partem que pertinet dominico sepulcro suprascripti regni ut habeas et possideas tu et omnis projenies tua sub hac fidelitate evuo perhen-

ni et secula cuncta. Quod si forte contigerit te sine legitima prole obire pars hec tibi adlata sine aliquo obstaculo sepulcro jamdicto remaneat. Et ego prenominatus Iherosolimitanus patriarcha Guillelmus una cum omnibus dominici sepulcri cannonicis retinemus in hac parte nostra tibi concessa in Barbastro in Oscha in Cesaraugusta in Darocha in Calataiud in Jacha et in omnibus aliis civitatibus quas Deo juvante acquirere poteris singulos homines de singulis legibus cum domibus et terris ac vineis pratis paschuis et aquis cunctisque eisdem domibus pertinentibus cum omnibus serviciis censibus et usaticis regi pertinentibus ita ut nec tu comes nec aliqua persona pro te in predictis hominibus vel eorum possessionibus audeas aliquid requirere nisi quod contra paganos cum priore terre te adjuvent. Sub hac etiam libertate similiter retinemus in omnibus castris et villis tocius regni ubi plusquam XXX villani fuerint habitatores singulos homines cum omnibus eorum serviciis et usaticis ut superius scriptum est. Predicta vero omnia nostre parti pertinentia tibi supra memorato comiti damus et confirmamus et de nostro jure in tuam potestatem tradimus et homines a juramento nobis facto absolvimus et in tua fidelitate et servicio summitimus. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona contra hoc factum nostrum temere venire vel frangere temptaverit iram Dei omnipotentis incurrat occulisque duobus in vita a fronte careat a corpore et sanguine Christi alienus existat atque in extremo examine cum Juda proditore participetur. Facta carta XVI kalendas octobris anno Dominice incarnationis millesimo centessimo XL. — Sig✠num Raimundi magistri hospitalis. Sig✠num Martini Prioris.

Sig✠num Frontini. Sig✠num Ferriz. Sig✠num Arpa. Sig✠num Maza. Sig✠num Fortun Garcez. Sig✠num Garciaeez. Sig✠num Gali Xemenons. Sig✠num Fortun Guerra. Sig✠num Michael de Albero. Sig✠num Lopo Blasco. Sig✠num Lop Arcez Actani. Sig✠num Cornelii Depespenen. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Poncii notarii comitis qui hoc scripsit rasis literis et emendatis in secunda in quinta et sexta linea et suprapositis in linea VIII ubi dicitur prole.

Universorum per orbem fidelium noticie pateat qualiter Adefonsus inclitus aragonensium rex in suo pleno sensu et memoria et etiam ad extremum vite sue totum suum regnum quod ipse habebat et tenebat dedit et in suo testamento dimisit domino Deo redemptori nostro ejusque salutifero sepulcro necnon etiam sanctissimo iherosolimitano ospitali venerandeque milicie templi et ut post ejus obitum hoc ratum ac firmissimum perpetuo teneretur suos homines jurare fecit. Ea de causa Raimundus ospitalis predicti venerandus magister consilio ac precepto domini patriarche iherosolimitani totiusque conventus suprascripti ospitalis ad partes Ispanie venit et prephatum regnum illustrem Raimundum comitem Barchinonensem tenentem invenit quem utilem ac necessarium ad regendum et defendendum predictum regnum cognovit. Igitur ego supramemoratus Raimundus licet indignus ospitalis Iherusalem custos una cum Martino priore et Cacxalo priore omnibusque aliis fratribus Ispaniarum atque consilio et assensu nobilium militum aragonensis regni qui hoc juraverunt damus et concedimus tibi supradicto comiti Raimundo Barchinonensi tueque cuncte projeniei ad servicium Dei et fideli–

Perg. nº 116. 16 set. 1140.

tatem ospitalis predicti partem que pertinet ospitali suprascripti regni ut habeas et possideas tu et omnis projenies tua sub hac fidelitate evo perhenni et secula cuncta. Quod si forte contigerit te sine legitima prole obire pars hec tibi adlata sine aliquo obstaculo ospitali jamdicto remaneat. Et ego suprascriptus Raimundus una cum omnibus fratribus meis retinemus in hac parte nostra tibi concessa in Barbastro in Oscha in Cesaraugusta in Darocha in Calataiub in Jacha et in omnibus aliis civitatibus quas Deo juvante poteris adquirere singulos homines de singulis legibus cum domibus et terris ac vineis pratis pascuis et aquis cunctisque eisdem domibus pertinentibus cum omnibus serviciis censibus et usaticis regi pertinentibus ita ut tu comes nec aliqua persona pro te in predictis hominibus vel eorum possessionibus audeas aliquid requirere nisi quod contra paganos cum priore terre te adjuvent. Sub hac etiam libertate similiter retinemus in omnibus castris et villis totius regni ubi plusquam XXX villani fuerint habitatores singulos cum omnibus eorum serviciis et usaticis ut superius est scriptum. Quin etiam retinemus in Jacha tantum spatium terre quo domus et ecclesia ad opus ospitalis possint confici. Predicta vero omnia nostre parti pertinentia tibi supramemorato comiti damus et confirmamus et de nostro jure in tuam potestatem tradimus et homines a juramento nobis facto absolvimus et in tua fidelitate et servicio summitimus. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona contra hoc factum nostrum temere venire vel frangere temptaverit iram Dei omnipotentis incurrat occulisque duobus in vita a fronte careat a corpore et sanguine Christi alienus existat atque in extremo examine cum Juda proditore

participetur et hoc nostrum factum permaneat in secula firmum. Facta carta XVI kalendas octobris anno Dominice incarnationis millessimo CXL.—Signum Raimundi ospitalis magistri. Sig✠num Martini Prioris. Fortunius abbas Montis Aragonis ✠. Signum Frontini ✠. Signum Ferriz✠. Signum Arpa ✠. Signum Maza ✠. Signum Fortun Garcez. Garci Garcez ✠. Galind Xemenons ✠. Fortun Guerra ✠. Signum Michaelis Dalbero ✠. Signum Lope Blasco. Signum Lop Garciaz Daitan ✠. Signum Cornelii ✠. Sig✠num Raimundi comes.—Poncius scriptor comitis notavit. *(alphabeto divisa)* (1).

XXXIII.

In Christi nomine et eternus gracia. Ego Raimundus Dei Perg. n°121. Dic. 1140.
gratia comes barchinonensis et princeps Aragonensis facio hanc cartam donationis et confirmationis tibi Garcia Garcez. Placuit mihi libenti animo et spontanea volumptate et propter servicia que mihi fecisti et cotidie facis dono tibi in castro Sangarren illas casas et tota illa hereditate qui fuit de Abein Sordo Moro quomodo ille inde

---

(1) Llamábanse escrituras partidas por alfabeto (*alphabeto divisæ*) las que, escritas por duplicado en un mismo pergamino, llevaban trazado un alfabeto en el espacio en blanco que mediaba entre ambas copias. De este modo, cortando el pergamino, y dando una copia á cada una de las partes, las letras partidas servian de comprobante de la legitimidad de la escritura.

melius fuit et tenet et uno casale in illo castello prope illa casa de Enneco Garzez ubi facias tua casa. Et hoc totum dono tibi et concedo ut habeas illut ingenuum et liberum et francum ad tuam propriam hereditatem tu et filii tui et omnis generatio tua per secula salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula seculorum. Sig✠num Raimundi comes. Facta carta in era MCLXXVIII in mense dezembris in civitate Barbastro. Dominante me Dei gratia in Aragonia in Superarbi et Ripa Curcia sive in Barchinona. Episcopo Dodo in Osca. Comite Roderici in Osca. Ferriz in Santa Eulalia. Galindo Ximinones in Albala. Gomiz in Aierbe. Lope Fregones in Loarre. Aba Fortunio in Monte Aragon. Sango in Antillon. Frego Dato in Petra Selis.—Ego Sancius de Petra Rubea jussu domini mei comitis hanc cartam scripsi et hoc signum feci ✠ et pinexi.

XXXIV.

Perg. nº 122. 31 dic. 1140.

Juro ego Gaucerandus de Sales filius qui fui Ermessendis femine tibi domino meo Raimundo comiti barchinonensi et bisullunensi ac aragonensium principi quod ab hac ora et deinceps quamdiu vixero fidelis ero tibi de vita tua et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore quem hodie ubique terrarum habes vel in antea adquisieris et adjuvabo te contra cunctos homines vel feminas qui voluerint vobis tollere honorem vestrum aut

aliquod de predicto honore sine malo ingenio et omni enganno. Iterum juro tibi quod fidelis ero tibi de ipso castro de Ribes et de omnibus fortedis que in tota valle de Ribes sunt vel esse poterint condirectis et dirutis et dabo tibi inde potestatem quotiescumque requisieris me inde potestatem michi scilicet aut meis castellanis per me per vos vel per vestros nuncios vel nuncium et non vetabo me inde videri vel comoneri et ero in omnibus causis vester fidelis sicut fidelis hommo debet esse suo meliori seniori et de omnibus vestris honoribus ubicumque sint condirectis vel eremis podiis et rochis quos modo habetis vel habere debetis vel in antea adquisieritis. Quod si guerram haberetis cum aliquo homine per quem predictum castrum et fortedas guardare conveniat ego guaridabo illud castrum et fortedas cum meis hominibus. Omnia in hoc sacramentali scripta tenebo fideliter et atendam quandiu vixero vobis prenominato comiti et successoribus vestris per Deum et hec sancta. Actum est hoc II kalendas januarii anno IIII Ledovici junioris.

XXXV.

Perg. nº 125.
Mayo 1141.

In Dei nomine ego Petrus Sangis Dei gratia rex facio hanc cartam donationis ad te Galindo Garzez. Placuit mihi libenti animo et spontanea volumptate et dono tibi in Barbastro unas casas cum tota illa hereditate quod habebas

ibi sicut eras inde tenente die quod ista carta fuit facta quod habeas illud ingenuum et liberum et francum ad tua propia hereditate tu et filii tui et omnis generacio tua salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula cuncta ✠ (*Hay una firma que parece decir Signum Petri Sangis*) ✠. Facta carta ista era MCLXXVIIII in mense majo me Dei gratia regnante in Aragone et Pampilona et in Superarbi vel Ripa curcia. Episcopus dompnus Stephanus in Osca. Dompnus Petrus episcopus in Irunia. Episcopus dompnus Poncius in Barbastro et Exemen Garzez in Monsso et Fertung Dat in Calasanz et Ramon Galindo in Estata et Statella.—Ego Garcia sub jussione domini mei regis hac cartam scripsi et hoc signum ✠ feci.

XXXVI.

Reg. 1. fol. 7.
29 ago. 1141.

In nomine patris et filii et Spiritus sancti amen. Universis sancte ecclesie pateat filiis quod Adefonsus rex Aragonensium inclitus in suo pleno sensu et memoria et ad extremum etiam vite sue tertiam partem regni sui quod ipse habebat et tenebat dedit et in suo testamento dimissit omnipotenti Deo redemptori nostro ejusque sanctissimo sepulcro. Et ut post obitum ejus hoc ratum et firmum haberetur suos homines jurare fecit et sic dominice passionis et resurrectionis ecclesiam hereditariam suam reliquit ut secundum apostolum coheres Christi heres autem Dei fieri

mereretur in celis. Quia vero regnum illud Iherosolimitanorum partibus longissimis terre marisque finibus segregatur et a sarracenis assidue assultatur et impugnatur christiani autem ibidem commanentes fidelissimo rectore atque industrissimo indigent defensore : ego Wilelmus Dei misericordia humilis sancte civitatis Iherusalem patriarcha communicato Iherosolimitani regni consilio una cum Petro venerabili dominici sepulcri priore omnique canonicorum conventu ejusdem tibi Raimunde venerande Barchinonensium comes quem utilem et necessarium ad terram regendam et defensandam et sanctarum Iherusalem virtutum amatorem cognovimus tueque cuncte progeniei ad servicium Dei et fidelitatem predicti sepulcri partem que pertinet jamdicto dominico sepulcro suprascripti regni damus et concedimus ut habeas et secundum Deum in justitia et veritate possideas tu et omnis projenies tua sub hac fidelitate evo perhenni et secula cuncta. Preterea ut regia dignitate et regio nomine deinceps sublimeris auctoritate domini nostri Jesu-Christi et sui gloriosissimi sepulcri cui semper asistimus quamvis indigni et nostra tibi concedimus et auctorizamus. Quod si forte contigerit te sine legitima prole obire pars hec tibi allata sine aliquo obstaculo sepulcro jamdicto remaneat. Nos autem atque successores nostri ad honorem et utilitatem sanctissimi sepulcri retinemus in hac parte nostra tibi atque progenieitue concessa in Barbastro in Oscha in Cesaraugusta in Darocha in Calataiub in Jacha et in omnibus aliis civitatibus quas Deo juvente adquirere poteris singulos homines de singulis legibus cum domibus et terris et vineis pratis pascuis et aquis cunctisque eidem domibus pertinentibus cum omnibus serviciis censibus et usaticis regi

pertinentibus itaut nec tu comes nec aliqua persona per te in predictis hominibus vel eorum possessionibus audeas aliquid requirere sed omnino liberos ac sine omni inquietudine quietos dimittas. Sub hac etiam libertate similiter retinemus in omnibus castris et villis totius regni ubi plusquam XXX villani fuerint habitatores singulos homines cum omnibus eorum possessionibus serviciis et usaticis ut superius scriptum est. Tali quidem conditione omnia nostre parti pertinencia tibi supramemorato comiti damus et confirmamus et de nostro jure in tuam potestatem tradimus et homines a juramento nobis facto absolvimus et in tua fidelitate et servicio submittimus. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens violare presumpserit si non satisfactione congrua emendaverit a sacratitissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jhesu-Christi aliena fiat atque in extremo examine cum Juda proditore depereat et excommunicationi donec satisfecerit subjaceat. Facta est autem hec carta IIII kalendas septembris anno Dominice incarnationis MCXLI indicione IIII. ✠ Ego Wielmus Dei gratia Iherusalem patriarcha subscribo. ✠ Ege Petrus Domini sepulcri prior subscribo. ✠ Ego Petrus subprior subscribo. ✠ Ego Obertus sacerdos et canonicus sancti sepulcri subscribo. ✠ Ego Lambertus sacerdos et canonicus sancti sepulcri subscribo. ✠ Ego Aimericus sacerdos et canonicus sancti sepulcri subscribo. ✠ Ego Giraldus sacerdos et canonicus dominici sepulcri sancte iherosolimitane ecclesie in Ispania legatus subscribo. ✠ Ego Guarnericus sacerdos et canonicus sanctissimi sepulcri subscribo. ✠ Ego Lambertus sacerdos et canonicus dominici sepulcri subscribo. ✠

Ego Wilielmus sacerdos et canonicus sancti sepulcri subscribo ✠. Ego Guilielmus sacerdos et canonicus sancti sepulcri subscribo ✠. Ego Godefredus sacerdos et canonicus sancti sepulcri subscribo ✠. Ego Ródbertus et canonicus sancti sepulcri subscribo ✠. Sig✠num Petri Bernardi sacerdotis et canonici sanctissimi sepulcri subscribo ✠. Ego Giraldus diachonus et canonicus sancti sepulcri subscribo ✠. Ego Wilielmus diachonus et canonicus sancti sepulcri subscribo ✠. Ego Burcardus diachonus et canonicus sancti sepulcri subscribo ✠. Ege Rainerius diachonus et canonicus sancti sepulcri subscribo ✠. Ego Evrardus subdiachonus et canonicus santi sepulcri subscribo ✠. Ego Wilielmus subdiachonus et canonicus sancti sepulcri subscribo.

XXXVII.

Perg. n°143. 18dic. 1142.

Cum debitum humane condicionis nullus mortalis evadere potest idcirco in Dei nomine ego Arnallus Dei dignacione Barchinonensis episcopus cupiens pergere Iherosolimam facio meum testamentum in quo eligo manumissores meos Berengarium Ermengaudi et G. Bermundi et G. de Fare quibus caritative precipio ut si mori me contigerit antequam alium testamentum faciam potestatem habeant distribuendi omnes facultates meas sicut eis in hoc testa-

mento injunxero. In primis concedo Deo et canonice Sancte Crucis Sancteque Eulalie vineam unam quam plantavi in alodio Sanncte Crucis Sancteque Eulalie et in mea compra que vinea est juxta mansum de Provincialibus et meum aput campum quem habeo juxta regum comitalem super viam publicam in quo edificavi fornum de calc et vineam quam plantavi apud Granatam cum illo campo qui fuit Fulconis Girberti quem emi a comite. Huic donationi addo ferraginale quod adquisi et emi de Arberto de Liciano et Petro ejus fratre prope mansum Guillelmi Suniarii in Provincialibus. Concedo altari Sancte Eulalie in omni meo alodio de Orta et Romaneto sextarium I olei annuatim de quo ardeat una lampada ante corpus beate Eulalie virginis ad mensuram de Orta. Concedo iterum Sancte Cruci et Sancte Eulalie in meis mobilibus et vascule majoribus et minoribus XL morabatinos . . . . eniter alodium ad illuminandam lampadam et libros meos qui ibi sunt. Concedo ospitali iherosolimitani mansum meum de Provincialibus quem edificavi cum ecclesia Sancti Nicolai que ibi est cum compris quas feci a Berengario Bernardi de Cabanes et ab Arnallo Bonifilii preter ipsum ferraginal quod habui de Arberto de Licano et ejus fratre eo modo ut eundem mansum teneat et habeat Poncius frater meus in vita sua et solvat inde annuatim tascham ospitali sine contrarietate et post obitum ejus revertetur integriter predicto ospitali in perpetuum possidendum. Concedo cenobio Sancti Cucuphatis campum quem emi de filiabus Arnalli Gerontu et Raimundo Petri Girardi qui est in Provincialibus et unum par boum et equas IIII que sunt apud Riopole. Item concedo cenobio Sancti Petri Puellarum tertiam partem pa-

riliate quam emi de Arberto de Lizano. Dimito prelibate canonice XL morabatinos quos habeo per meum pignus in prephata pariliata de Licano et de istis XL morabatinis ematur alodium unde fiat meum aniversarium annuatim. Insuper addo jamdicto cenobio Sancti Petri par I bovum et equas II que sunt apud Riopollum. Concedo Sancte Marie Rivipollensis cenobio II equas. Concedo omnibus presbiteris totius episcopatus singulis singulas eminas ordei de meo sementer et diaconibus singulas migeras. Concedo Sancto Laurentio de Monte equam I. Alodium meum de Orta et de Romaned preter supradictam lampadam Sancte Crucis Sancteque Eulalie concedo inter Poncium fratrem meum et B. de Terragona et quisquis illorum obierit sine legitimo infante qui superstes fuerit habeat predictum alodium. Et concedo supradictis fratribus meis domos meas de Barchinona cum ipsarte canonice ut teneant ipsas in vita sua et inde solvant annuatim jamdicte canonice per censum quarter I olei in capite jenuarii et post illorum amborum obitum revertantur predicte cannonice sine obstaculo. Alias meas domos quas emi de Gerallo concedo Sancte Marie Solsone et ei dedi in carta donationis. Concedo Poncio fratri meo equas III et si ille obierit sine prole legitima habeat eas B. frater meus. Dimito B. predicto meum pullum quem ipse tenet et meum mulum. Concedo Gaucfredo de Fare II equas quas Burull de Provincialibus habet mecum et unam aliam equam cum suo fructu quam habeo ad medium cum Petro Capitis scole meum directum. Poncio Avienciane concedo I equam quam habeo in Banalocham ad medium. Dimito nepotibus meis Bernardo et Raimundo singulos pullinos qui exiant de meis equis et

XX morbetinos qui exiant de meo caballo quem tenet Gaufred de Fare. Concedo ad Guillelmum Bermundi II equas quas habeo cum Petri Berengarii de Magrina ad medium meum directum. Alium nutrimentum desuper textatum quod de meis equabus exierit donent mei manumissores pro anima mea sicut melius videant. Concedo Sancti Nicholai quod est in ecclesia Barchinone domos meas cum edificio quas habeo infra muros Barchinone illas videlicet quas emi de Jarato Ebreo quas domos teneat unus presbiter qui in eodem altari assidue cantet missas pro anima mea et fidelium defunctorum. Omnia vascula mea de Provincialibus maiora et minora et universa utensilia que ibi sunt concedo Poncio fratri meo ut habeat ea in vita sua et post ejus obitum revertantur predicto ospitali sine contrarietate. Quod est actum XV kalendas januarii anno VI regni Ledovici regis junioris.—Arnallus Barchinonensis episcopus. Sig✠num Guillelmi Levite. Sig✠num Gaufredi de Fare.—Poncius Levita scripsit hoc die et anno quo supra

XXXVIII.

Perg. n°160.
6 ene. 1143.

Hoc est translatum scripture et convenientie ac sacramentalis pecunie quam debet comes barchinonensis ad Guillelmum Mainardi que scriptura sic se habet. Notum est omnibus quod ego Raimundus comes Barchinonensis et

princeps Aragonensis Tortose marchio et Ilerde debeo tibi Guillelmo Mainardi DLX morabetinos bonos aiadinos et lupinos et C libras argenti boni et fini ad pensum de Murcia et convenio tibi paccare predictas C libras argenti boni et fini ad pensum de Murcia aut per unamquamque libram XII morabetinos usque ad exitum primi mensis maii tibi videlicet vel tuo mandatario qui hoc per te requisierit. Predicta vero libra Murcie et de penso de uno marcho et medio et media uncia ad marchum de Montepessulano. Et de hoc toto eris paccatus de quantocumque fuerit acceptum de sex milia morabetinis in susum de ipsa prima paria maii veniente quousque supradictum debitum plenarie sit tibi persolutum. Et hoc facio tibi jurare a Bernardo de Bellog et a Raimundo de Podioalto ut jamdictos DLX morabetinos et prefatas D libras argenti reddantur tibi vel tuo mandatario integriter et plenarie usque ad exitum primi venientis maii et quantumcumque acceperint de sex milia marebotinos in supra tibi plenarie reddant vel tuo mandatorio donec totum supradictum debitum habeas inde integriter recuperatum sine tuo engan. Quod si evenerit ut non esses de toto paccatus vel aliquid inde tibi minueretur predicti juratores veniant in Narbona usque ad exitum sequentis junii et ibi stent in tuo ostatico tandiu donec sis paccatus ex toto tuo supradicto debito in quantum remanserit per tuam aut mandatarii tui licentiam sine omni tuo enganno. Et nos Bernardus de Bellog et R. de Pogalt convenimus et concedimus tibi ita attendere plenarie sicut hoc suprascriptum est per Deum et per hec IIII evangelia. Actum est hoc VIII idus januarii anno ab incarnato Dei filio MCXLIII.—Sig✠num Bernardi

Marcucii. Sig✠num Geralli de Jorba. Sig✠num Arberti de Castelvi. Sig✠num Ramon de Pogat. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Natalis scriptoris qui hoc scripsit die et anno quo supra.

XXXIX.

Perg. nº 161.
12 ene. 1143.

Hoc est traslatum fideliter translatatum. Cunctorum noticie sit manifestum qualiter ego Raimundus Dei gratia Barchinonensium comes et marchio et Aragonensium regni inclitus dominator dono tibi Arnaldo Petri de Archubus totam ipsam amoctalafiam integriter et sine ulla diminutione salvis meis directis que recto usatico mihi inde exire debent ut tu eam habeas et teneas in sana pace potenter et integriter et omnes qui per te et per tuam vocem ad comodum tuum tuamque utilitatem in eadem amoctalafiam fuerint tibi et tuis secure et quiete eam possideant. Et nichil amplius in prephata amoctalafia a te repetere possim nec te inde aliquo modo reptare nisi te exinde mihi culpabilem judiciliater comprobare valerem. Accipio a te quoque pro hac donatione CX morabetinos quorum predictorum morabatinorum recuperes L morabetinos de meo recto usatico ejusdem amoctalafie sine tuo engan. Si ego aut aliquis meorum hoc tibi infringero vel infringerint ea que a te accipio ad comodum tuum de te adquisitore dupliciter emendem vel emendent et postea hec donatio

firma permaneat omni tempore. Que est acta II idus januarii anno VII regni Leodyci junioris.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi Raimundi Senescale. Sig✠num Bernardi de Bello-loco. Sig✠num Guillelmi de Subiratis. Si✠num Guillelmi Poncii. Sig✠num Bernardi Marchusii. Sig✠num Raimundi Marchusii. Sig✠num Bernardi Poncii. Sig✠num Petri presbiteri qui hoc scripsit cum literis emendatis in linea IIII die et anno quo supra. Sig✠num Arnalli presbiteri. Sig✠num Guillelmi sacerdos. Sig✠num Johanis de Solario levita. Actum est hoc translatum XV kalendas aprilis anno Domini MCCVII. Sig✠num Guillelmi sacerdotis qui hoc suprascriptum veracissime translatatum cum ✠ impresso die et anno quo supra.

XL.

Perg. n° 154. 28 may. 1143

Hec sunt querimonie quas fecit Guillelmus de Castrovetulo super Poncio Petri de Baneres ante domnum Raimundum comitem barchinonensem et curiam suam apud Sanctum Cucuphatum existentem. Primum conquestus est predictus Guillelmus quod pater ipsius Poncii fuit homo solidus patris Guillelmi et iste Poncius similiter suus et modo fecerat soliditatem alteri contra suam voluntatem. Ad hoc respondit Poncius se non fecisse nec patrem suum scire fecisse. Super hoc in presencia comitis judices ab ipso

electi videlicet R. ausonensis episcopus et B. gerundensis archidiaconus et B. ostolensis et Petrus Berengarii et comes impuriensis et W. Raimundi Dapifer ac B. Guillelmi de Luciano et B. Raimundi de Barchinona et R. de Pugalt et Oto Senescale et B. de Bellog et R. de Torroga judicaverunt quod si Guillelmus quod affirmabat scriptis aut testibus probare potuerit Poncius hoc sibi attendat. Sin autem ipse Poncius expiet se de hoc sacramento plano propia manu et postea faciat ei servicium et convenientiam secundum tenorem et valorem honoris quem tenet per ipsum. Item conquestus est Guillelmus quod ipse Poncius auferebat ei suum honorem quem pater suus sibi in testamento dimisserat videlicet cavalleriam Sancte Margarite cum sexta parte placitorum Castrivetuli. Ad quod respondit Poncius hunc honorem partim se habuisse per pignus partim per donum ab avunculo suo Dorcha cujus erat per possessionem et hereditatem et acquisitionem et postea ipse Guillelmus dederat ei totum quem fuit homo ejus sicut ipse Poncius illum habebat et tenebat. Visis ergo scripturis testamento videlicet et judicio Guillelmi patris Guillelmi et testamento avunculi sui Bonifilii Guillelmi judicaverunt predicti judices quod Dorcha cujus auctoritatem Poncius tenebat nullam divisionem cum fratre suo fecerat predictum honorem reverti debere ad integrum in potestatem istius Guillelmi salvo jure Poncii sive per donum sive per pignus defuncti Dorche sive per donum presentis Guillelmi sicut judicatum fuerit inter eos. Item conquestus est Guillelmus quod Poncius et castlani sui auferebant sibi multa sui juris in Castrovetulo videlicet estachamenta militum et sui bajuli et forcias et toltas et albergas qui non sunt de fevis illorum.

Ad hec respondit Poncius patrem suum et se ipsum ista que facit in predicto castro habuisse et habere per donum Guillelmi defuncti et presentis Guillelmi filii sui quod Guillelmus negavit. De bajulo vero respondit nihil se in eo querere per bajuliam domini sui nisi per honorem pagesiarum suarum quas ipse bajulus tenet. Super his judicaverunt quod Poncius probet hoc verum esse aut convenientiis aut averamento taliter ut ipse propia manu juret et Guillelmus credet eum si voluerit. Sin autem Poncius ponat pro se unum militem qui hoc per duellum defendat cum lucro et dampno sicut judicatum fuerit inter eos per directum. De responsione bajuli judicaverunt Poncium nullam injustitiam domino facere si ita sit. Item conquestus est Guillelmus super Poncio de quadam fabrica una cavalleria terre quam dederat fratri suo Gerallo cum milite et defuncto milite exheredavit filios ipsius militis ab hoc honore sicut et iste Poncius facit et isti exheredati faciunt inde clamorem Guillelmo guerram facere cominantes. Ad hoc respondit Poncius habere hanc terram sicut frater suus habebat et tenebat ad obitum suum per donum istius Guillelmi domini sui quod Guillelmus negavit. Ad hoc judicatum est predictum Poncium ad rationem justitie stare debere in manu Guillelmi domini sui predictis querelatoribus si hoc clamare voluerint. De ipsis toltis fortiis et superfluitatibus quas facit Poncius contra voluntatem domini sui in Castrovetulo judicaverunt quod ea que non potuerit probare per sacramentum esse sui juris que hucusque fecerat mala emendet Guillelmo et suis hominibus et deincebs consimilia facere desinat. Conquestus est preterea Poncius super Guillelmo domino suo quod misit eum in

plevio vicecomiti Cardonensi pro mille solidis de quibus minatur ei facere malum et etiam reptat eum de sua fide quod Guillelmus non denegavit. Propter hoc judicaverunt quod Guillelmus ante predictum vicecomitem salvet et defendat eum sine damno alicujus pecunie Poncii et si hucusque ob hoc Poncius aliquod passus est dampnum emendet ei Guillelmus. Item conquestus est Poncius super Guillelmo quod pater Poncii acomodaverat patri Guillelmi quandam cavalleriam terre quam nunquam postea recuperaverunt quod Guillelmus omnino se scire negavit. Ad hec judicaverunt quod si Poncius testibus probare potuerit Guillelmum Raimundi defunctum hujus rei ad diem obitus sui debitorem Petro Mironis fuisse huic Poncio presens Guillelmus emendet. Quod si ista defuerint nichil sequatur.—Acta sunt hec V kalendas junii apud Sanctum Cucuphatem era millesima CLXXXI anno VI regni Ledovici junioris.

XLI.

Perg. nº 156. Junio 1143. Sub Christi nomine et ejus divina gratia. Hec est carta de convenienza que facit Dominico Perdiguero cum Ferrer de Benebar et cum suo Garcia de Oiarda. Dat illis Dominico Perdiguero per bono amore et bona voluntate medietatem de illo castello de Alhozerein cum suis terminis et suos derectatibus a fidelitate regis et de concellio de

Zaragoza et sint ei tales sicuti bonos germanos et quod habeant istud quod superius scriptum est per hereditate per vendere et dare et per facere de illud totam lure voluntate illos et filios eorum per secula cuncta. Et donat ad Dominico Perdicher don Ferrer et don Garcia XX solidos in manu per suo maletreito que ibi traxit et illa alia medietate de illo casteilo quod habeat illum Dominico Perdichero per ad se et per ad Dominico filio Almurabite cum suis terminis et suos derectatos et si quis autem de illis voluerit bouzare vel bozaverit ad suos socios sit maledictus et excomunicatus et cum Juda traditore Domini condemnatus et sit aleiboso probato et non inveniat seniore qui illi bene faciat. Et sunt testes qui viderunt et audierunt et ibi fuerunt don Bonfilio Garcia Xemenones et Petro Galindiz et Garcia de Barcabo et Petro de Palo Arrosset Garcia Garcez de Groscan Lop Semenis de Pisa don Vicente de Cardel Enneco de Acelor.—Ego Dominico Perdichero in hanc cartam et donativum quod vobis don Ferrer et don Garcia fieri jussi manus meas roboravi et signum feci ✠. Alli Halla. V solidos. Et ista convenenza fuit facta propter quod requirebat don Garcia illo castello cum suos terminos per donativo quod rex Adefonso fecit in primo ad suo patre et ad sememetipso.—Facta carta in civitate Cesaraugusta in mense junio era MCLXXXI mandante civitas Cesaraugusta Raimundo comite de Barcilona et est in eadem civitas episcopus domnus Bernardus et justicia est senior Ato Sanz Artal in Alagon Rudrico Petriz in Orreia Adefonsus imperator in Rota filios Lop Lopez in Arricla Suprascripto comite R. in Calataiub Sanjo Necones in Daroca senior Lop Sanz in Belgit.—Gunzalvo de Sancto Sepul-

cro scripsit et signum fecit✠. Et si uni eorum voluerit vendere suam partem ante uno mense faciat scire ad suos heredes et sicuti dederint unos aut alios quod X solidos minus donet suam partem et vendat ad suo hereditario si voluerit illi dare suo avere sine ulla molestia et si non vendat ubi illi voluerit.

XLII.

Perg. n° 167. Julio 1143.

Sit notum omnibus quod ego Raimundus comes Barchinonensis et princeps Aragonis inpignero tibi Guillelme Suniarii uxorique tue et progeniei tue terram de meo alodio infra terminum de Villa de Canibus propter CXXX morabatinos marinos in ipso loco ubi tradent eam tibi Bernardus de Belloloco et meus bajulus Ticio ut tandiu teneas possideas et expletes prefatum pignus quousque reddam tibi CXXX morabetinos jamdictos sine tuo enganno: et non sit michi vel meis redimendi licentia nisi de festo Sancti Michaelis in aliud festum et ita currat annuatim. Si quis hoc rumpere temptaverit nichil proficiat set in duplo componat et postmodum hec impignoratio maneat firma. Facta carta impignorationis in mense julii anno VII regni Ledoici junioris. Sig✠num Raimundi comes. (Siguen á esta firma unos caracteres que parecen hebreos.) Sig✠num Guillelmi Dapiferi. Sig✠num Bernardi de Belloloco. Sig✠num Bernardi Poncii.—Sig✠num Poncii scriptoris comitis

qui hoc jussus scripsit die annoque prephato suprapositis litteris in linea II et III ubi dicitur CXXX. Et istos XXX morabatinos habuit comes in uno mulo.

XLIII.

Perg. nº139.
27 nov. 1143.

Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cujus tenor talis est. ✠ Divine inspirationis gracia et pietatis ratio monet filios ecclesie summa intencione providere saluti animarum ac libertati catolice ecclesie. Eapropter ego Raimundus Berengarius comes barchinonensis et Dei gratia regni dominator aragonensis virtute Spiritus sancti commotus in celestis militie potentia ad defendendam occidentalem ecclesiam que est in Ispaniis ad deprimendam et debellandam et expellendam gentem maurorum ad exaltandam sancte cristianitatis fidem et religionem ad exemplum milicie templi Salomonis in Iherusalem que orientalem defendit ecclesiam in subjectione et obedientia illius secundum regulam et ejusdem milicie instituta beate obedientie miliciam constituere decrevi: quod jamdiu summo et bone mentis desiderio desideraveram et ad hoc venerabilem Rodbertum magne excellentie magistrum Iherosolimitane milicie et ceterorum fratrum conventum per literas et internuncios meos sepe et diligenter invitaveram. Huic autem desiderio meo ac peticioni prephatus Rodbertus magister et omnium fratrum conventus in ca–

pitulo fratrum milicie in Iherusalem Dei gratia adquieverunt et unanimiter concesserunt et per literas ac fratres ejusdem templi bone voluntatis eorum decretum atque consilium de constitutione Christi militie in Ispaniis adversus mauros misericorditer renunciaverunt. Idcirco ad exaltandam Christi ecclesiam ad exercendum officium milicie in regione Ispanie contra sarracenos in remissione peccatorum meorum ad honorem Dei qui honorat honorantes se ad salutem anime patris mei qui fuit miles ac frater sancte jamdicte milicie in cujus regula et habitu gloriose vitam finivit tibi Rodberto prephate milicie venerande magister et successoribus ac fratribus tuis omnibus dono atque concedo et in manum vestram per hanc presentem scripturam potentialiter trado castrum totum quod dicitur Monszo et castrum totum quod dicitur Mongaudi ut per alodium propium ea teneatis et habeatis ac jure perpetuo possideatis vos et omnes vestri successores per secula cuncta cum omnibus territoriis et pertinentiis ac terminis eorum vel infra existentibus et cum omnibus usaticis ac consuetudinibus suis cum omnibus leddis et passaticis cum omnibus cultis vel incultis cum planis et montaneis cum pratis et pascuis et omnibus ad predicta castra pertinentibus omnia in omnibus sicut melius et utilius ad honorem Dei ac supradicte milicie utilitatem intelligi valeat sine ullo retentu quem aliqua persona ibi non habeat. Eo quoque modo dono vobis castrum quod dicitur Xalamera et Barberanum cum territoriis ac pertinentiis et terminis eorum et cum omnibus ad jamdicta castra pertinentibus sine ullo retentu alicujus persone et honorem Lup Sancii de Belxid sicut ex hoc cum predicto Lup Sancio convenire po-

teritis et castrum totum quod dicitur Remulinis cum omnibus sibi pertinentibus cum divina clemencia illud in meam tradiderit potestatem et totum quod habere debeo in castro Curbinis cum Deus illud michi dignatus fuerit reddere. Predicto etiam modo addo vobis omne decimum totius terre mee videlicet omnium reddituum et censuum meorum tam de expletis quam de omnibus consuetudinibus rectis et de justiciis de quibus decimum accipere volueritis et mille solidos in Cesaraugusta quotannis. In omnibus vero calvacatis vel expedicionibus Ispanie de vestris scilicet hominibus quintas vobis perpetuum dimitto et dono. Si forte aliquid de honore meo dare vendere vel impignorare michi contigerit decimum vestrum salvum et liberum vobis remaneat. De omnibus siquidem que Deo juvante juste conquirere potero decimum quiete et libere vobis concedo. Et de conquisitione terre sarracenorum quintam partem vobis concedo et decimum totum ex his que parti mee pertineant. Quod si castellum aut fortitudinem contra mauros edificare aut construere volueritis opem et consilium meum per omnia vobis diligenter atribuam. Convenio iterum vobis et dono in potentia celesti et fortitudine Christi me ulterius pacem non facturum cum mauris nisi vestro consilio. Prenominata siquidem omnia devoto animo ac spontanea voluntate cum omni integritate omnipotenti Deo et vobis predicte milicie R. Magistro et fratribus tam presentibus quam futuris dono atque concedo et de meo jure in vestram ea trado potestatem atque dominium Regi Deo gratias reddens qui vos ad defensionem ecclesie sue elegit ac nostris precibus annuere fecit. Dono vobis iterum atque concedo quod de vestra

propia causa per totam terram meam nulla ledda nulla consuetudo nullum passaticum accipiatur. Si qua autem laica secularisve persona presentem donationis scripturam in aliquo vel in toto dimovere temptaverit et iram Omnipotentis incurrat et tandiu excomunicationis vinculo innodetur donec digne de tanti reatus excessu satisfaciat. Quod est actum V kalendas decembris apud Gerundam dompno Guidone Romane ecclesie cardinali diacono et legato celebrante conventum in presentia omnium subscriptorum testium anno dominice incarnationis millessimo centessimo cuadragessimo tercio. Notum autem sit quod hec presens donatio fuit facta in manu dompni Ebardi magistri Gallie et in manu venerabilis Petri de Roveria Magistri Provincie et cujusdam partis Ispanie et in manu fratris Ottonis Sancti Odmerii et fratris Ugonis de Bezaniz ac fratris Petri de Arzacho et fratris B. de Ceguinole ac fratris Arnale de Forcia. Quod autem de decimis superius statutum est ita etiam firmamus sicut superius legitur salva in omnibus donatione que ecclesiis facta est.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Bernardi cesaraugustani episcopi. Sig✠num Dodonis oscensis episcopi. Sig✠num Raimundus Dei gratia ausonensis episcopus. Sig✠num Guillelmi rotensis electi. Sig✠num Guillelmi prepositi rivipollensis. Sig✠num Gregorii electi Terraconensis archiepiscopi. Berengarius gerundensis ecclesie episcopus. Guillelmus cesaraugustensis sig✠num sacrista. Petrus Rivipollensis abbas salvo jure Sancte Marie. ✠ Renalli magistri gerundensis ecclesie. Berengarius Sancti Felicis abbas. Sig✠num Petri barchinonensis archilevita. Petrus sacrista barchinonensis. Sig✠num Guillelmi sacriste rotensis. Sig✠num

Arnalli Mironis comitis Palarensis. Signum Artalli comitis
Palarensis. Sig✠num Bernardi de Comingo comitis. Sig-
✠num Petri comitis Bigorre. Sig✠num Guillelmi Raimundi
Dapiferi. Sig✠num Gaucerandi de Pinos. Sig✠num Ber-
nardi de Belloloco. Sig✠num Petri Bertrandi de Bello-
loco. Sig✠num Raimundi de Podioalto. Sig✠num Gui-
llelmi de Cervera. Sig✠num Raimundi de Torroja. Sig-
✠num Raimundi Berengarii de Ager. Sig✠num Bernardi
Guillelmi de Luciano. Sig✠num Raimundi de Vila dè Muls.
Sig✠num Berengarii de Torroja. Sig✠num abbatis For-
tuny Montis Aragonis. Sig✠num Poncii clerici barchino-
nensis scriptoris comitis barchinonensis qui hoc scripsit.
—Sig✠num Illefonsi regis Aragonensis comitis Barchinone
et Rossilionis et marchionis Provincie qui totum predictum
donativum quod comes pater meus dedit militie templi
laudo et confirmo et de illis omnibus que in presentiarum
habeo vel in futurum Deo annuente adquirere potuero
dono et concedo milicie templi jamdicte eodem modo quo
pater meus comes Barchinonensis dedit sicut superius scrip-
tum est. Testes sunt hujus confirmationis et donationis
Petrus cesaraugustanus episcopus et Johannes Tirasonensis
episcopus et Berengarius abbas Montis Aragonis et Petrus
de Arazuri et Petrus de Castellaçol et Blasco Romeo et
Exemenus de Artusella majoridomo et Gonzalvo Papellino
alferis et Marcho de Oscha et Petro Ortiz et Xemenus
Romeo et Dodo de Alchala et ego Sancius de Petra Ru-
bea qui hoc scripsi precepto domini mei regis apud Cesar-
augustam mense augusti era MCCX et hoc signum. Sig-
num ✠ Raimundi Berengarii comitis Provincie fratris do-
mini regis.—Sig✠num Petri regis Aragonum et comitis

Barchinone qui omnia predicta laudo et confirmo. Sig✠num Jacobi Dei gratia regis Aragonum comitis Barchinone et domini Montispesulani qui predicta omnia et singula confirmamus perpetuo valitura. Cujus confirmationis testes sunt Guillelmus de Cervaria Raimundus de Montecatano Guillelmus de Cardona R. Berengarii de Ager Ato de Focibus majordomus Aragonis Garcia Pardi P. Pomar quod factum fuit in Montesono XI kalendas julii era millessima CCLX quinta mandato domini regis Jacobi et G. de Almogera et G. Rabacie notariorum suorum presente etiam P. Sancii notario et repostario suo ab A. gramatico scriptum qui hoc suum sig✠num aposuit. Sig✠num Jacobi de Folcheriis notarii publici Barchinone testis. Sig✠num Berengarii de Linana notarii publici Barchinone testis. Sig✠num Berengarii de Vallesica notarii publici Barchinone testis.—Sig✠num Bernardi de Ponte vicarii Barchinone et Vallesii qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo non cancellato nec in aliqua parte sui viciato ex parte domini regis et auctoritate oficii quo fungimur auctoritatem impendimus et decretum ut ei tanquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur appositum per manum mei Bernardi de Cumbis notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii ejusdem civitatis in cujus manu et posse dictus vicarius hanc firmam fecit VIII idus septembris anno domini millesimo CCC undecimo presentibus testibus Bernardo de Daurats Jasperto de Examins et Petro de Comellis. Et ideo ego Bernardus de Cumbis notarius predictus hoc scripsi et hoc meum sig✠num hic apposui.—Sig✠num Bernardi de Villarubia notarii publici Barchinone qui hoc translatum sumptum

fideliter ab originali suo et cum eodem legitime comprobatum scribi fecit et clausit octavo idus septembris anno Domini millesimo trecentesimo undecimo cum literis punctatis in linea decima sicut punctate erant in originali ubi dicitur eum et cum literis et rasis et emendatis in linea vicesima tertia ubi dicitur Ottonis.

LXIV.

Perg. nº 172. 23 feb. 1144.

Hec est convenientia quam facit Gerallus Alamanni dompno Raimundo comiti barchinonensi et aragonensium principi. Convenit ei jamdictus Gerallus quod ab hac ora et deincebs fideliter et sinceriter et sine engan adjutor erit jamdicto comiti ad tenere et ad habere et defendet contra cunctos homines vel feminas ipsam civitatem quam dicitur Barchinona et ipsum castrum vetulum quod ibi est super unam portam civitatis quod dicitur vicecomitale et alterum castrum similiter quod est super aliam portam civitatis quod vocatur castrum novum cum omnibus aliis edificiis que in predicta civitate sunt aut erunt et ipsum episcopatum Sancte crucis Sancteque Eulalie cum suis pertinenciis omnibus et ipsum comitatum quem dicunt Barchinonensem cum omnibus abbatiis et castris et castellis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt et cum omnibus podiis condirectis vel discondirectis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt et ipsam civitatem quem dicunt Gerunda

cum ipso comitatu quem dicunt Gerundensem et cum ipso episcopatu Sancte Marie cum illorum castris abbaiis terminis et pertinenciis omnibus et ipsam civitatem quam dicunt Minorisam et ipsum comitatum quem dicunt Ausonam cum ipso episcopatu Sancti Petri cum omnibus illorum castris abbaiis et pertinentiis omnibus. Item convenit predictus Gerallus predicto comiti ut faciat directum de suis hominibus et de se ipse atque justitiam per ipsum sine engan per quantas vices jamdictus comes requisierit hoc ad eum. Item convenit predictus Gerallus jamdicto comiti ut optime teneat et atendat ad eum et ipsius filios per mortem jamdicti comitis ipsam fidelitatem et sacramentum sicut est scriptum in ipso sacramentali quod predictus Gerallus jurat ad eum. Item convenit predictus Gerallus jamdicto comiti ut adjutor sit ad tenere et ad habere et defendere et guerrejare ipsas parias de Ispania et ipsos castra aut castella alodia aut fevos terras et honores que prescriptus comes hodie habet et adhuc adquisiturus est Deo dante. Item convenit predictus Gerallus jamdicto comiti quod non decipiat eum de ipso castro de Montagud neque de Montclar neque de Vila de Maier neque de Pontils neque de Sancta Perpetua quandiu ea habuerit cum omnibus eorum pertinentiis set potestativum eum faciet de predictis castris per quantas vices requisierit illa ad eum per se aut per suos missos vel missum et istam fidelitatem et potestatem de predictis castris similiter adtendat ad filios predicti comitis post ipsius mortem sicut est scriptum in ipso sacramentali quod jurat ad eum. Si vero predictus Gerallus non tenuerit et non atenderit predicto comiti jamdictam convenientiam et prescriptum sacramentum vel fidelita-

tem et ipse Gerallus vel sui fecerint aliquod malum predicto comiti vel suis hominibus predictus Gerallus redirigat illud malum qualecumque fuerit jamdicto comiti et suis infra primos LX dies postquam inde comonitus fuerit ab ipso comite vel suo misso vel missis propter jamdictam convenientiam vel sacramentum: et si predictus comes voluerit accipere ipsam emendam a Gerallo vel suis accipiat eam si vero noluerit perdonet eam Gerallo vel suis secundum mercedem suam. Et hanc convenientiam faciat et atendat predictus Gerallus ipsi filio predicti comitis similiter vel heredi qui testamento scriptis vel verbis mandato vel jure successionis per mortem predicti comitis habuerit Barchinonam et hoc totum quod suprascriptum est faciat et atendat predictus Gerallus ad jamdictum comitem sine engan. Acta convenientia VII kalendas marcii anno VIII regni Leovici regis junioris.—Sig✠num Geralli Alamagni qui hanc convenientiam facio laudo et propria manu confirmo. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Guillelmi Castrivetuli. Sig✠num Gaucerandi de Pinos. Sig✠num Guillelmi de Aquilone. Sig✠num Raimundi Petri de Baneres. Sig✠num Guillelmi Berengarii. Sig✠num Guillelmi de Camarasa.—Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit.

XLV.

Perg. n°176.
23 feb. 1144.

Juro ego Gerallus Alamagni filius qui sum Arsendis femine tibi seniori meo dompno Raimundo barchinonensium bisullunenensium ceritanensium comiti et marchioni atque aragonensium principi qui fuisti filius Dulcie comitisse quod ab hac ora et deincebs fidelis ero tibi sine fraude et malo ingenio et sine ulla decepcione sicut homo debet esse fidelis ad suum seniorem cui manibus propriis se comendat. Et ego predictus Gerallus non decipiam te prescriptum Raimundum seniorem meum de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de omni terrestri honore neque de ipsa civitate quam dicunt Barchinonam neque de ipso comitatu quem dicunt Barchinonensem neque de ipso episcopatu Sancte Crucis et Sancte Eulalie cum suis terminis et pertinentiis omnibus neque de ipsis castris aut castellis rochas aut podios condirectis aut discondirectis qui in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt nec etiam de ipsis abbaiis cum illorum terminis et pertinentiis omnibus neque de ipso castro quod dicunt Olerdula neque ipso comitatu quem dicunt Penedes neque de ipsis castellis rochis aut podiis condirectis vel discondirectis qui in predicto comitatu sunt vel erunt neque de ipsa civitate que dicitur Minorisa neque de ipso comitatu qui dicitur Ausona neque de ipso episcopatu

Sancti Petri de Vicco neque de ipsis castris rochis aut podiis condirectis vel discondirectis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt aut erunt neque de ipsa civitate quam dicunt Gerundam neque de ipso episcopatu Sancte Marie neque de ipso castro de Gerundella neque de ipsis castris roches aut podiis condirectis vel discondirectis neque de ipsis abbaciis cum illorum terminis et pertinentiis omnibus que in predicto comitatu vel episcopatu sunt aut erunt neque de ipsis castellis alodiis vel fevis terris et honoribus que tu prescripte Raimunde hodie habes et in antea Deo dante habebis neque de ipsis pariis de Ispania quas hodie habes et convente sunt tibi ad dare aut adhuc adquisiturus es anuente Deo. Et ego predictus Gerallus predicta omnia nol at tolre ne ten tolre nec ego nec homo nec femina per meum consilium neque per meum ingenium sed adjutor ero tibi ad tenere et ad habere et ad defendere jamdicta omnia contra cunctos homines vel hominem feminas vel feminam qui jamdicta omnia tibi tulerint aut aliquid de jamdictis omnibus tollere voluerint. Et hoc adjutorium faciam tibi sine tuo engan et comonir no men vedare et ipse nuntius vel nuntii qui me inde comonuerit vel comonuerint reguardum non habebit vel non habebunt ibi. Et ego predictus Gerallus non decipiam te prescriptum Raimundum seniorem meum de ipso castro de Montagud neque de Montclar neque de Vila de Maier neque de Pontils neque de Sancta Perpetua quamdiu ea habuero sed potestativum inde faciam te per quantas vices jamdicta castra ad me requisieris per te aut per tuos missos vel missum et comonir no men vedare et hoc totum sine engan. Et sicut superius scriptum est ego jamdictus Gerallus tene-

bo fideliter et atendam predicte. Facto sacramentali super altare sancti Justi quod est infra muros Barchinone VII kalendas marcii anno VIII regni regis Leovici ✠. —Sig✠num Geralli Alamagni qui istud sacramentum propria manu juravit.

XLVI.

Perg. nº 164.
Mayo 1144.

In Dei nomine et ejus divina clemencia. Ego Raimundus Dei gratia comes Barchinonensis et princeps Aragonensis facio hanc cartam donationis et confirmationis tibi Zecri de Barbastro meo judeo. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate propter servitia que michi fecisti et cotidie facis. Ideo dono et concedo tibi in Barbastro illa pardina qui fuit Balneo Bielgo exian de illa porta de rigo Merdero ubi facias orto vel casa una quecumque volueris. Hoc autem donativum superius scriptum ut habeas et possideas illud salvum securum et quietum ad tuam propriam hereditatem per facere tuam voluntatem tu et filii tui et omnis generatio vel posteritas tua salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per cuncta secula seculorum Amen.—Sig✠num Raimundi comes.—Facta carta in era MCLXXXII in mense madio in castro qui nominatur Montison regnante me Dei gratia in Aragone in Ripagorza et in Suprarbe atque in Cesaraugusta sive in Barchinona episcopo Dodo in Oscha episcopus

Willerm . . . . episcopus Bernardus in Cesaraugusta episcopus Michael in Tarazona dompno Petre de Zarvera in jamdicto Montson magister Fretgo Dat S. in Barbastro Pere Ramon S. in Estata Peregrin S. in Albezar Galindo Xemenones S. in Alkala Ferriz S. in Oscha et in Sancta Eulalia don Sango S. in Labata.—Ego Raimundus scriptor sub jussione domini mei comiti hanc cartam scripsi . . . . signum feci.

XLVII.

Perg. nº 186.
25 feb. 1145.

Hoc est translatum bene et fideliter factum quod sic incipit. In Dei nomine hec est carta et memoria de donativo facto cum conveniis et de germanitate tali modo quod ego D. Perdiguero et D. Almoravech et G. Priavol et Ferrer de Banavar damus Deo et domni milicie templi et fratribus ibi Deo servientibus videlicet fratri Randulfo et fratri R. et fratri B. Damus vobis de nostra hereditate de Alffoçeya et de suo termino de heremo et populato de aquis et de erbis et de lignis de monte et de plano et de soto de toto quanto nobis pertinet vel pertinere debet sicut dominis in sua propria hereditate sic damus et concedimus Deo et vobis quintam partem retinemus nobis quatuor partes scilicet unusquisque suam partem et colligimus vos et fratres vestros in quintam partem quam vobis damus sub tali videlicet conditione quod adjuvetis nos in omnibus et pro-

tegatis et defendatis nos et nostra videlicet uxores et filios et filias famullos et ançillas oves et boves jumenta et peccora et omnia nostra tanquam vestra propria pro posse vestro sine fraude. Ita videlicet quod si aliquis nostrum vel de nostris tam de hominibus quam de jumentis captum fuerit a christianis in Aragone sive in Navarra vel in Castella vos fratres templi demandetis et abstrahatis tamquam vestram propriam causam. Unde nos convenimus Deo et vobis fratribus milicie templi quod non feramus ultra arma super ullos christianos nec eamus in exercitu nisi super paganos in exercitu regali vobiscum. Similiter est convenio inter nos quod si aliquis ex populatoribus nostris de Alfoçeya furtum fecerit et probatum inde fuerit quod perdat totum quantum habet et exeat de villam tamquam latro et proditor atque malus: et unus de nobis vel de nostris quod sit calmedina et judex qui judicet causas secundum forum Cesarauguste ad cujus forum sunt populati et qui accipiat calonias et dividat unicuique partem suam tribuens. Si forte aliquis homo reus adgravatum se tenuerit de judicio calmedine in Alffoçeya potest se clamare et alzare ad fratres milicie templi et non ad alium judicem et ipsi fratres audita causa et judicio dato si justum fuerit judicium concedant illud fratres et faciant tenere atque complere. Si vero judicium subversum fuerit aliquo modo faciant fratres discernere ac juste judicare secundum forum Cesarauguste et ultra non querat alium judicem quod si quesierit pectet et donet LX solidos de calonia et exeat de villa et nunquam magis habitet ibi. Similiter est convenio inter nos quinque fratres qui sumus in ista germanitate quod si aliquis nostrum totam suam partem de sua hereditate vel aliquam par-

tem hereditatis sue vendere voluerit primus faciat scire ad suos germanos et si aliquis eorum retinere voluerit et poterit habeat sicut inter se convenerint: fratres vero milicie templi habeant unum solidum scilicet XII denarios de unoquoque numero X solidorum minus quam alter alius propter donum et mercedem: si vero nullus eorum emere poterit aut noluerit vendat viciinis suis vel aliis preter aliam religionem aut milites secundum consuetudinem fratrum milicie templi. Sicut igitur nos predicti videlicet D. Perdiguero et D. Almoravec et G. de Griavol et F. de Benovar collegimus ad vos fratres domus milicie templi predictos et vestros in quintam partem de nostra propia hereditate de Alffoçeya in societate et germanitate sic etiam mitimus in vestra protectione ac deffensione omnes populatores qui sunt et erunt in Alffoçeya. Et volumus et mandamus quod unusquisque ex populatoribus per se et domum suam et familiam tribuat semper annuatim vobis predictis fratribus domus milicie templi et vestris unam rovam frumenti et aliam ordei Deo autem et sue sancte ecclesie decimas et primicias fideliter tribuant et persolvant. Quin etiam nos quatuor supradicti laudamus et confirmamus istum donativum sicut suprascriptum est Deo et vobis dictis fratribus domus milicie templi et cunctis fratribus vestris presentibus atque futuris per nos et nostros presentes et posteros per secula cuncta Amen. Similiter nos fratres Randulfus et frater R. et frater B. per nos et fratres nostros presentes et posteros recepimus vos tanquam fratres in proteccione et tuicione Dei et domus nostre et fratrum nostrorum vos et vestra scilicet vestras personas et uxores et filios et filias et populatores qui modo ibi sunt

et in antea ibi erunt et omnia vestra quod protegamus et deffendamus vos et vestra tanquam nostram propriam causam semper et ubique pro posse nostro sine fraude per secula cuncta Amen. Testes sunt de isto predicto donativo et de conveniis et de societate et de germanitate ex utraque parte sacrista Sancti Salvatoris et Gabinus et Bernardus abbas de Pina et Galin Garçes Grinon et Galin Açnareç de Fontes. Facta carta iu mense febroarii in festivitate Sancte Mathie era millessima CLXXXIII Regnante rege Garcia in Navarra R. Berengarii comes barchinonensis dominante in Cesaraugusta et in Aragone Bernardus episcopus in Cesaraugusta Ato Sanç justiçia Artal in Alagone Lop Sanç in Belchit. — Jo. scriptor rogatu predictorum hanc cartam scripsit et per alfabetum divisit die et anno quo supra.—Sig✠num mei Dominici Calbet notarii publici Cesarauguste qui originale hujus transumpti vidi et verbo ad verbum legi et in eodem transumpto me ut testem subscripsi. — Sig✠num mei Johannis Petri de Magallon natarii publici Cesarauguste qui originale hujus transumpti vidi et verbo ad verbum legi et in eodem transumpto me ut testem subscripsi.—Ego Johannes de Magallon notarii publici Cesarauguste qui hoc translatum ab originali instrumento de verbo ad verbum bene et fideliter translatavi et hoc sig✠num meum aposui.

XLVIII.

In Christi nomine. Ego Raimundus gratia Dei comes Barchinonensis et princeps regni Aragonensis. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate propter magnum et bonum servitium quod mihi fecistis facio hanc cartam donationis vobis Alegret et Bertrando atque Geraldo et Sancio et Guillelmo de Belsa atque Johanni de Camporrels et Berengario de Miravet cum suo socio Dominico et Stephano de Soria. Dono namque vobis supranominatis in ipsa orta de Montsso terram seminaturam de XVI kafiçatas de tritico et dono vobis terram in termino de Valcarcara XVI jovatas insimul de bona et de alia et dono vobis ipsam almuniam de Mata cum omnibus terminis et pertinentiis ejus et dono vobis VIII ortos in illa fossa de Montsso. Supradicta omnia dono vobis et omnibus succedentibus vobis ut habeatis et possideatis ea solide et libere in hereditate propria francha et ingenua ad faciendum ibi et inde totam voluntatem vestram. Et dono vobis totas illas chasas quas habetis in Montsso et dono vobis omnia supradicta per hereditatem propriam francham et ingenuam per facere inde totas vestras voluntates sicut de vestra propria hereditate libera et ingenua vos et omnis generatio vestra vel omnis posteritas vestra salva fidelitate Dei omnipotentis ac sancte milicie et mei ac successorum meorum per secula cuncta

Perg. n°181. Julio 1145.

Amen. Insuper ego Raimundus comes jamdictus convenio vobis omnibus prenominatis quod de isto honore sim vobis in defensione et in salvamento contra omnes homines vel feminas per fidem vestram sine aliqua fraude. Si qua autem persona presentem donationem disrumpere temptaverit nichil proficiat sed iram Dei incurrat et postea hec donatio firma permaneat. Facta carta donationis mense julii in era millesima CLXXXIII dominante Raimundo comite suprascripto in Aragone in Suprarbe in Ripacurça in Barbastro in Oscha in Cesaraugusta in Calataiub in Darocha episcopus Guillelmus in Rota episcopus Dodo in Oscha episcopus Bernardus in Cesaraugusta comite Arnallo Mironis in Paiars Furtundat in Barbastro Petro de Stopana in casteio Cepoler Peregrinus in Alcheçer Ferriç in Sancta Eulalia.—Sig✠num Raimundi comes.—Sunt testes visores auditores Arnallus Mironis comes Palcarensis Guillelmus Raimundi Seneschale Petrus Lopeç de Sancto Stephano Guillelmus de Sopiratis Gomballus de Mur et Poncius scriptor comitis qui hoc scripsit et hoc sig✠num fecit.

XLIX.

Perg. nº 191.
3 ene. 1146.

Hec est convenientia que est facta inter Raimundum comitem Barchinonensem et Aragonensium principem et Guillelmum de Guardia vicecomitem. In primis comendat

Raimundus comes jamdictus prephato Guillelmo ipsam castlaniam de Apiera sicut avus ejus Guilabertus Udalardi melius habuit eam et tenuit in vita sua et donat ei omnes feuvos qui ad ipsum castrum pertinent et pertinere debent in omnibus locis. Item comendat et ipsum castrum de Cabrera cum omnibus terminis et pertinenciis suis planis et montanis pratis et paschuis et aquis cultibus et eremis jamdicto castro pertinentibus et donat ei omnes feuvos eidem castro pertinentes : tali videlicet modo ut quando habuerit comes jamdictus jamdictum castrum de Cabrera affinatum et pacificatum de Mirone Guillelmi habeat comes in ipsa dominicatura de Cabrera tertiam partem et Guillelmus duas partes. Et si comes non pacificaret illud de Mirone Guillelmi pacificet et affinet se Guillelmus de Guardia cum Mirone Guillelmi cum consilio comitis et postmodum habeat Guillelmus ipsam dominicaturam integre et sine ulla diminutione. Propter hoc quoque donum superius comprehensum convenit predictus Guillelmus seniori suo Raimundo comiti supradicto ut sit ejus solidus et fidelis homo contra omnes homines et feminas sine ullo engan et quod adjuvet eum tenere habere defendere et guerrejare contra omnes homines et feminas totum suum honorem quem hodie habet vel in antea Deo juvante adquisierit per fidem sine engan et faciat ei ostes et cavalcadas cortes et placitos et seguimenta sicut homo debet facere suo meliori seniori et det ei potestatem de jamdictis castris quandocumque eam requisierit per se vel per suum nuntium vel nuntios iratus aut pachatus cum forifactura et sine forifactura. Predictam quoque comendationem et donum facit comes jamdictus prescripto Guillelmo et omni

sue projeniei cui ipse Guillelmus hoc totum post obitum suum verbis vel testamento dimiserit. Quod est actum III nonas januarii anno X regni Leovici junioris.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Bernardi de Belog. Sig✠num Guillelmi de Subira. Sig✠num Guillelmi Raimundi Senescalc. Sig✠num Guillelmi de Castelvil. Sig✠num Guillelmi Berengarii de Fonoiare.—Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit die annoque prescripto.

L.

Perg. nº 2. del A. 17 feb. 1146.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam Raimundus comes Barchinonensis et Aragonensium princeps dono tibi Berengario Arnalli et filiis tuis castrum et villam de Siurana cum omnibus terminis suis et dono sancte militie templi quintam partem jamdicte ville et honoris ac terminorum suorum. In quatuor vero partibus que remanent retineo medietatem ad opus meum et dono tibi jamdicto Berengario et filiis tuis alteram medietatem. Tali quoque pacto prephatum castrum cum terminis suis tibi dono ut habeas illud et teneas tu et omnis posteritas tua ad servitium et fidelitatem meam et successorum meorum per secula cuncta et dones michi potestatem de predicto castro quotiescumque eam tibi petiero per me aut per meos iratus aut pachatus sine malo ingenio. Propter hoc quoque donum superius comprehensum ego Berengarius Arnalli con-

venio tibi domino meo Raimundo comiti Barchinonensi ut sim inde tibi fidelis et donem tibi vel tuis quibus michi mandaveris potestatem de predicto castro quandocumque eam michi quesieris per te aut per tuos et hoc faciam iratus aut pachatus sine tuo engan et convenio tibi ut post obitum meum unus ex filiis meis sit inde tuus homo solidus et fidelis sine aliqua fraude et malo ingenio. Et ego Raimundus comes convenio tibi jamdicto Berengario Arnalli ut non mitam ibi preter me aliquem seniorem. Si quis hoc disrumpere temptaverit nichil proficiat sed in duplo componat et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Quod est actum XIII kalendas marcii anno VIIII regni Ledovici regis junioris.—Sig✠num Raimundi comes.—Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Raimundi de Pugalt. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Guillelmi de Subirats.—Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit ex mandato comitis die annoque prescripto suprapositis literis in linea VII.

LI.

Perg. nº 189.
3 ago. 1146.

Omnibus sit notum quoniam ego Raimundus comes Barchinonensis atque Aragonensium princeps dono tibi fideli meo Guillelmo Raimundi Dapifero urbem Tortosam ut tu teneas ipsam çudam et habeas senioraticum de ipsa civitate

et de ipsa villa et de terminis ejus et habeas tertiam partem in dominio de omnibus eximentis ejusdem civitatis ac ville omniumque terrarum sibi pertinentium. Dono etiam tibi castrum de Peniscola cum omnibus suis terminis et pertinentiis. Dono etiam tibi civitatem nomine Majoricam et omnes terras sibi pertinentes cum senioratico et cum tertia parte omnium que inde exierint in dominio tam de mari quam de terra: et dono etiam tibi Minoricam et Evizam similiter cum terris et pertinentiis earum tali modo ut habeas hec omnia per me ad servicium et fidelitatem meam et successorum meorum per omnia tempora tu et omnis generatio tua. Si quis vero presentem donationem disrumpere temptaverit nichil proficiat set in duplo componat et postmodum hec donatio firma permaneat omni tempore. Quod est actum III nonas augusti anno X regni Leovici regis junioris.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Petri Bertrandi de Belloloco. Sig✠num Bernardi de Belloloco. Sig✠num Guillelmi de Castelvel. Sig✠num Otonis. Sig✠num Raimundi de Podioalto. Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit die annoque prescripto suprapositis litteris in linea VIII. (Sigue un documento que es traslado del anterior, pero se refiere solamente á Tortosa; y en el mismo pergamino se lee luego lo que aquí se copia.) Conquestus est Guillelmus Raimundus Dapifer de domino suo comite pro eo quod sibi tertiam partem civitatis Dertosse sicut in carta donationis quam ei exinde fecerat continebatur non tradebat. Comes vero tertiam partem ejus porcionis que eum contingebat ei se tradisse ex integro asseverabat illius autem portionis quam januenses in predicta civitate seu fratres militie templi suo consilio ac vo-

luntate adquisierant ei partem donare nec debuit nec etiam si tunc voluisset potuit. Guillelmus R. ad hec respondebat se in parte januensium nil querere sed tantum tertiam partem Dertosse sicut in sua carta continebatur quidquid enim comes aliis in ea civitate dederat seu fecerat adhuc tantum in sua potestate habebat quod ei tertiam partem adimplere poterat. Comes se nichil januensibus dedisse sed ipse per se ipsam suam partem expugnasse et excepisse ac sic sua autoritate possedisse monstrabat ac propterea se de eorum portionem non teneri dicebat tum quia ejus consilio ac voluntate factum est tum quia ejus portio que ad eum pervenerit nisi. . . . ejus dolo vel fraude culpa seu negligencia factum est quominus pervenit partem sibi donare nec debuit nec potuit: hoc idem de parte quinta templariorum aseverabat ea scilicet ratione quia siquod diximus ejusdem G. R. consilio ac voluntate concessio ejusdem quinte partis predictis templariis facta est et in carta concessionis que ipsis templariis facta est ipse firmavit: januensibus vero non solum cartam convenientie quam ipsis eodem Guillelmo Raimundo mediante super hoc facta est sua manu firmavit sed etiam jurejurando corporaliter prestito predictam convenientiam viva voce corroboravit. Tandem rationibus hinc inde diligenter auditis et intellectis necnon et ipsa carta multotiens perlecta judicavit barchinonensis curia quod ejus solummodo portionis que ad eum pervenerat ei tertiam partem donare debebat de omnibus scilicet eximentis sicut in sua carta continebatur de ceteris vero partibus comitem nullo modo teneri quia ejus tantum partem quod in suam potestatem pervenit donare potuit non etiam ejus quod nunquam habuit vel possedit. Cumque de

eximentis inter eos questio verteretur predictus enim Guillelmus R. tertiam partem etiam omnium fructuum qui cultura et cura habitatorum Dertosse proveniebant inter eximenta computabat : definivit predicta curia ea tantum eximenta recte appellari que ad jus proprium et fiscum regis pertinent sive ea in leudis questiis placitis seu aliis quibuscumque usaticis sive etiam terris vineis ortis consistant: fructus autem hereditatum eorum qui in civitate habitant sive hii clerici sint sive milites sive burguenses nullo modo inter eximenta computari precipue quia ipse in eis senioraticum vel adempramentum et mandatum habet districtum : de hereditatibus vero alienorum qui non habitant in civitate nec ejus consilio seu volumptate date sunt debet ei comes emendam facere. Dicebat insuper predictus Guillelmus Raimundus quod dominus comes quando tradidit ei illam tertiam partem quam modo habet in Dertossa tunc promissit ei se daturum etiam tertiam et senioraticum illius partis quam januenses habebant si posset eam aliquo tempore a januensibus habere empcione vel permutatione seu quolibet alio modo: dicebat etiam quod de hoc receperat eum comes in suo causimento : comes vero hoc se fecisse negabat. Judicavit ergo curia quod si Guillelmus Raimundus posset hoc legitimis testibus comprobare attendat ei comes et adimpleat predictam convenientiam sicut ejus testes potuerint comprobare vel causimentum inde accipiant si hoc testes probaverint. Preterea conquestus est predictus Guillelmus R. quia dominus comes estacamentum iisdem militibus seu peditibus quorum in Dertosa tenebat non concedebat et sic senioraticum quod ei donaverat auferebat. Comes respondebat nullum

senioraticum ei in sua familia nec dedisse nec recognoscere. Judicavit ergo predicta curia quod si familia comitis inter se littem aut aliquam contentionem habebat sacramentum de hoc Guillelmum Raimundum vel ejus vicarium non habere sed eum tantum qui vicem comitis inter eos tenet. Idem erit si aliquis de civibus aliquam familiam placitare voluerit. Si vero aliquis de familia cum aliquo de civibus habuerint causam super qualibet re in manu predicti Guillelmi R. vel ejus vicarii firmabunt directum et placitabunt. Preterea conquestus est quod comes ea ocasione illius tertie partis jenuensium quosdam honores emparaverat. Judicavit curia dominum comitem illas honores ei desemparare et omnia in eo statu esse debere in quo erant quando predicta pars ad manus comitis pervenit et deinceps omnia secundum eorum cartas tenere expediri. Preterea conquestus est de quodam molendino quod dominus comes in terra comunis fieri mandaverat in quem partem suam amitebat. Comes se id jure facere propter consuetudinem sue regionis existimabat. Definivit curia G. R. in eo molendino partem secundum quod eum contingebat habere debere si expensas facere vellet. Conquestus etiam est de quodam placito de quo ei dominus comes suam partem abstulerat. Comes quendam ex illis qui causam inter se habuerant in parte jenuensium in quam nullum senioraticum habebat domicilium habere dicebat et ideo de hoc ei partem dare nolebat. Definivit curia comitem de hoc placito ei partem suam integram dare debere pro eo quia Guillelmus Raimundus illud placitum estacaverat placitaverat judicaverat et in presencia ipsius comitis tractaverat : in ceteris vero placitis juxta quod in co-

rum cartis habetur cuncta fideliter observari. Conquestus insuper est quia dominus comes de questiis quas judeis ac sarracenis fecerat suam partem ei dare nolebat : comes vero se nichil judeis seu sarracenis quesisse dicebat sed pecuniam ab eis manullevasse quam usque ad statutum inter eos terminum datis fidejussoribus eis se redditurum promiserat. Super hoc curia judicavit quod si comes usque ad illum terminum eam pecuniam judeis ac sarracenis dedisset quia de suis manuleutis partem enim alicui facere non dicebat nec justum erat nichil exinde predicto G. Raimundo dare debere : sin autem quia videmus hoc questiam esse quocumque nomine ipsam eam appellaret debet exinde partem suam ei donare. Insuper conquestus est de salmedina quem ipse consilio hominum comitis elegerat et eo ejecto alium sine ejus consilio eligui preceperat : comes cartam quam eis consilio ac voluntate jenuensium et ipsius Guillelmi R. fecerat proclamabat : unde curia cartam eligere jubet ac omnia secundum ejus tenorem ex integro agitari. Conquestus etiam est de Almostelaffia quam comes cuidam burguensi Dertose comendaverat et de pecunia quam ab eo pro hoc acceperat partem suam minime dabat. Respondebat comes se illi vut non tantum Almostelaffiam Dertosse comendasse sed etiam multo majoris terre ac amplioris unde propter hoc et quia sua dominicatura est partem ei de ea pecunia dare contendebat. Judicavit igitur curia quia Almostelaffia officium quoddam est quod in civitate utile satis habetur ut comes de ea parte que a civitate vel ejus territorium pertinebat partem ei proculdubio daret ut sicut de ea pecunia quam ab ipsis captivis recipitur partem suam accipit ita similiter et de

ea quem ipse Almostelaff pro Almostelaffia dona et partem accipiat. Iterum conquestus est quod comes sibi dare partem nollebat de ea pecunia quam ab hominibus Dertose habuit quia pacem ac treugam fregerant sarracenis. Comes vero ita id totum ad jus suum proprium expectare dicebat ac sic totam illam causam suam propiam affirmabat quod nichil unquam exinde alicui hominum dedit nec justa consuetudinem sue terre se cuiquam dare credit. Judicavit propterea curia quia hec maleficia principi tantum erat facta et ad fidem ipsius pertinebat quod partem de ea predicto Guillelmo R. dare nullo modo debebat tum quia sarracenis hanc pecuniam reddere debebat tum quia numquam in tota sua regione partem ex hoc alicui nec ipsi nec patri suo dederant. Querimonie autem comitis quas de prefato Guillelmo Raimundo fecit sunt hec. In primis conquestus est de Guillielmo R. quod ei Zudam Dertose non custodiebat sicut in carta sue donationis resonabat pro qua guarda sive custodia predictum feudum sive beneficium ei habendum concesserat. Ad hec Guillelmus R. respondebat se nullo modo debere Zudam custodire quia in sua carta nichil de custodia sed de guarda dicebatur. Visa igitur carta ac perlecta judicavit barchinonensis curia quod ipsam Zudam proculdubio guardare ac custodire debebat ea scilicet ratione quia sicut in carta legebatur ipsam tenere debebat tenere autem Zudam hoc est potestatem de ipsam habere sic ut per ea posset totam civitatem distringere et quotiescumque comes qui ea sibi donaverat ipsam requisierit libere possit eam reddere. Conquerebatur ideo comes de predicto Guillelmo R. quia Zudam non custodierat usque ad presentem diem quo judicium datum est unde magnum

dampnum habuerat et expensas LX milium morabetinorum fecerat prefatus comes pro fallimento scilicet guarde quam predictus Guillelmus Raimundus non fecerat. Ad hoc G. R. respondebat se ideo guardam ipsius Çude non fecisse quia nec suam cartam sic intelligebat nec partem suam quam in ipsa civitate et ejus terminis habere debebat predictus comes ei asignare ac manifeste monstrare vel tradere volebat nec ad judicium seu laudamentum sue curie eum adducere vel super hoc ipsum audire nunquam amplius nisi usque modo valuit. Comes vero respondebat quod si unquam aliquam dilationem super hoc fecit semper eam cum assensu G. R. fecit et tamen semper intelligebat et credebat quod hujusmodi dilacio sibi quidem incomodum et prefato vero Guillelmo R. comodum afferebat. Guillelmus Raimundus de hoc respondebat quia hujusmodi asensus magis fuit coactus quam spontaneus et semper huic dilationi respondebat necesitate quam ex voluntate asensum prebuit sicut solent homines suis dominis postquam indignent eorum volumptates de aliqua re etiam nominari consentire. Propter hoc judicavit curia predicta quod si Guillelmus Raimundus posset legitimis testibus ea que dicebat comprobare videlicet quia in domino suo comite supradictam fatigam fecisset ipsum et sibi comes supradictus expensas sexaginta milium aureorum et etiam illud incomodum quod sibi evenisse dicebat quia propterea quia G. R. ipsam Çudam non custodierat quoniam ille asenssus non debet esse in aliquo Guillelmo Raimundo dampnosus quia videmus quod magis fuit districtus quam volumtas quia cognoscimus quod comes pro mora fuit et mora semper ad se periculum trait : si vero non potuerit hoc probare

stet de hoc ad mercedem ipsius comitis et emendet ei tantum de suis de guarda quam facere debebat hoc est de duabus partibus ipsius Çude minus quinto : de cetero autem faciet ita guardam ipsius Çude predictus Guillelmus Raimundus sicut convenit inter ipsum et comitem et in carta donationis resonat scilicet ut teneat et guardet ipsam Çudam eo videlicet et tenere ut quod hac tercia parte duarum partium minus quinta quam modo ibi habet et habere debet et comes ei concedet faciat guardam duarum partium similiter minus quinta quia pro hac guarda hoc beneficium seu feudum creditur accepisse similiter faciat guardam illius tertie partis a comite concedi quocumque modo vel ratione. Conquestus est etiam dominus comes de predicto Guillelmo R. dicens quod homines sui interfecerant quendam sarracenum ipsum scilicet Çalmedina et hoc fecerunt per invidiam et malam volumptatem videlicet ut ipse comes amitteretur sua jura. Guillelmus Raimundus respondit quod ipse non fecit hoc nec sui homines sed Poncius Bernardi de Belloloco qui propter justitiam et judicium ipsius alcayt de Dertosa fecit capite truncari et Ber. . . . . . de Belloloco qui presens erat in ipso placito hoc confitebatur. Propterea judicavit curia quod si G. R. vel idem Bernardus de Belloloco potuerit hoc testibus aprobare videlicet et quod propter judicium alcait sit interfectus hujusmodi mors nullatenus a comite requiratur sin autem faciat idem Bernardus de Belloloco id quod comes preceperit quia ipse confessus est in plena curia se hujusmodi factum perpetrase. Preterea dominus comes conquestus est de Guillelmo R. pro eo quod ipse et sui graves injurias minas bajulis suis et sajonibus intule–

rant insuper eos verberaverant et propter hujusmodi minas et timorem amitebat comes suas justicias et directos in civitate. G. R. respondebat se nunquam bajulis suis vel sajonibus aliquid supradictorum fecisse nec ipse nec homo suus se sciente et dicebat quod erat paratus in dupium vel in quadruplum emmendare si de hiis in aliquo foret comprobatus. Judicavit igitur curia quod si potuerit comes sua dicta testibus aprobare videlicet ut propter minas seu timorem Guillelmi Raimundi damnum aliquod quoquomodo habuisset emmendet ei hoc totum G. R. sicut fuerit aprobatum. Similiter omnes malefacturas quas ipsi bajuli vel sajones potuerint aprobare quod si G. R. graves minas propter directos et justicias ipsius comitis alicui fecit emmendet idem ei deshonorem cui injuriam intulit et etiam principi quia pro certo deshonorem facit principi qui aliquem de suis officialibus injuste et per superbiam tali modo minatur. Insuper dominus comes querimoniam fecit de Guillelmo R. quoniam novos usaticos ac novas consuetudines misisset in civitate Dertuse videlicet jovas traginis et quia accipiebat gallinas a sarracenis quibusdam temporibus in anno et quia distringebat ipsos sarracenos suas naves ac molendinos ducere per flumen inferius et superius usque ad Ierdam et de aliis maliciis super factis conquerebatur comes que omnia scriptis ostendebat. Ad hoc G. R. respondebat se nullos novos usaticos in civitate mississe sed eos tantum quod sui bajuli ibi posuerant et acceperant et in his hominibus pejus faciebat suus bajulus quam alius homo: dicebat tamen quod ex illis usaticis quosdam habuerunt ipsi sarraceni eo tempore quando Çudam tenebat videlicet gallinas et lignea et quedam alia.

Comes autem respondebat quia nulli usatici vel nova establimenta debuerant poni umquam seu mitti in civitate ab aliquo sine consilio aut volumptate sive fuissent ibi tempore sarracenorum sive non.—Sig✠num Bernardi de Cadireta notarii publici Barchinone qui hec translata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis fideliter comprobavit et in eisdem pro teste subscripsit.—Sig✠num Petri de Ribalta notarii publici Barchinone qui hec translata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis fideliter comprobavit et in eisdem pro teste subscripsit. — Sig✠num Petri Carbonelli notarii publici Barchinone qui hec translata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis transcribi fecit et etiam comprobavit cum literis propositis in tertia linea secundi translati Christi subsequentis et in linea octava et etiam appositis in secunda linea istius conclusionis idus octobris anno Domini MCCLXX secundo.

LII.

Perg. nº 19[illegible]
25 ago. 1146.

Manifestum sit omnibus qualiter Raimundus Berengarii comes Barchinonensis ac princeps Aragonensis sepe conquestus est super ipsa casa quam dicunt Forteda quia facta erat contra ventum et comonimentum suum. Tandem in presentia multorum nobilium virorum prenominatus comes Rai-

mundus venit super hoc ad finem et concordiam cum dompna Sibilla et cum Alaman et cum Arnallo Sord sicut in hac carta subterius legitur ita. Ego igitur Raimundus Berengarii barchinonensis comes et princeps aragonensis dono laudo et firmo vobis supradictis Sibilla et Alaman atque Arnallo illam chasam que nominatur Forteda cum suis terminis et illa Corbela tali quoque modo ut deincebs habeatis hec omnia ad alodium proprium vos et omnes vestra projenies per omnia tempora. Retineo namque ibidem et omnibus meis successoribus intrare exire et guerrejare contra omnes homines et feminas et sint jamdicte chase in guarda et bajulia mea successorumque meorum omni tempore et habeam ibi intrare et exire et guerrejare contra omnes homines vel feminas pro mea propria facienda per omnia tempora. Accepi a vobis pro hoc dono CCC solidos monete Barchinone. Facta ista carta VIII kalendas septembris anno X regni Ledovici junioris.—Sig✠num Raimundi comes.—Sig✠num Geralli de Jorba. Sig✠num Raimundi de Podioalto. Sig✠num Gaucerandi de Pinos. Sig✠num Guillelmi de Cervaria. Sig✠num. . . . . . .
—Sig✠num Poncii scriptoris qui hoc scripsit die annoque prescripto.

LIII.

Perg. n. [illegible]
Año 1148

In Dei nomine et ejus gratia. Hec est carta donationis que ego Fortun Açenariç facio ad vos Açenar Garçeç et ad vestra mulier domna Oria : dono vobis in Consellos hereditate sub jussionis et gratia de illo comite de Barcilona et princeps Aragonensium de illo mortuorum per nomine in Campulser ad VIII k. et III arsemenatura et aliud de via Tarazona in suso inter Samanes et Consellos et sunt inter totas ad XVI k. II arsemenatura et una era intrata de villa et illo orto qui fuit de Mariem de Angil. Et hoc donativuum dono illum vobis ad fidelitate de illo comite de Barcilona et de me et omnis nostra posteritate ut abeatis illam libera et franca et salva vos et filiis vestris et omnis generacio vel posteritas vestra per secula cuncta.—Facta carta era MCLXXXVI regnante Raimundus comite in Aragone et in Superarbi sive in Ripacorça in Çaragoça et in Taraçona sive in Calataiube : episcopus Michael in Taraçona et in Tudela sive in Calataiube. Testes Garcia Sangiç de illos Faios : Guigelm Sanç de Torrellas : Martin Oxarra : don Lop de Çaragoça : Gontçalbo Cornel : Petro Medalla justicia et Enneco Lopiç Nabarro

LIV.

Perg. nº 202.
25 may. 1148.

Hec est convenientia que est facta inter Raimundum comitem Barchinonensem et Ermengaudum comitem Urgellensem. Donat itaque prephatus comes Barchinonensis predicto comiti Urgellensi per fevum civitatem Ilerdam cum omnibus terminis suis videlicet de termino de Jabud usque ad terminum de Corbinis et donat ei tertiam partem totius Ilerde et termini ejus in omnibus rebus in dominio retentis duabus partibus sibi in omnibus. Et dat eidem civitati terminos suos in omnibus locis ubicumque debet habere exceptis terminis castellorum. Et comes Urgellensis de ista sua tertia parte possit dare quantum voluerit et cui voluerit. Similiter comes Barchinonensis de duabus partibus suis possit dare quantum voluerit et cui voluerit et comes Barchinonensis in duabus partibus suis donet militie templi Ihierosolimitani illam quintam partem quam ipsa militia debet habere de tota civitate Ilerde et de terminis ejus in omnibus. Et in illa quinta parte jamdicta ipsi milicie comes Urgellensis aut ullus homo per eum non habeat ullum senioraticum neque ullum districtum aliquo modo. Et comes Barchinonensis pro illo senioratico de illa quinta parte prenominate militie facit emendam comiti urgellensi ipsum castrum de Azcho tali modo ut comes barchinonensis comendat comiti Urgellensi ipsum castlanum. Et in illas os-

tes et cavalcadas ubi fuerit comes Urgelli cum comite Barchinonensi sit ipse castlanus ibi cum comite Urgelli cum militibus suis: et in illas ostes et cavalcadas ubi non fuerit comes Urgelli cum comite Barchinonensi vadat ipse castlanus cum comite Barchinonensi cum militibus ipsius castri: et quandocumque requisierit comes Barchinonensis potestestatem ipsius castri de Azcho per se aut per nuntios suos jamdictus comes Urgelli donet ei potestatem ipsam sine engan iratus aut pachatus. Et si comes Urgelli ibi non esset ipse castlanus donet ei ipsam potestatem iratus vel pachatus quandocumque eam requireret comes Barchinonensis per se vel per suos. Et donat ei comes Barchinonensis in Azcho videlicet comiti Urgelli duos homines in dominio. Et comes Barchinonensis mitat castlanum in predicta civitate Ilerde et collocet eum de duabus partibus suis. Et ipse castlanus habeat senioraticum in tota civitate Ilerde et in omnibus supradictis terminis ejus excepto in illa quinta parte supradicta prephate milicie. Et totum ipsum senioraticum quod ibi habuerit castlanus et quidquid ei dederit comes per castlaniam habeat hoc totum solide et libere per comitem Urgellensem. Si autem de predicto castlano venerit ad apertura comes Urgelli mittat ibi castlanum ad suam voluntatem et comes Urgellensis donet potestatem de predicta civitate Ilerde comiti Barchinonensi iratus vel pachatus quotienscumque eam quesierit per se vel per nuntios suos. Adhuc autem prelibatus comes Barchinonensis donat prenominato comiti Urgellensi ipsum castrum de Cardona cum omnibus terminis suis ad suum proprium alodium ad faciendum voluntatem suam. Iterum donat ei ipsum castrum de Albella cum omnibus

terminis suis ad proprium alodium ita videlicet ut Petrus de Stopana habeat illud per comitem Urgellensem sicut habebat per comitem Barchinonensem. Item predictus comes Barchinonensis convenit prenominato comiti Urgellensi quod emendet ei Bergeda de Tortosa usque Illerdam cum consilio procerum suorum et procerum comitis Ermengaudi qui hoc per bonum laudaverint. Et comes Urgellensis habeat ipsam emendam per comitem Barchinonensem per fevum. Et de castellis de ipsa emenda donet potestatem comiti barchinonensi quotiescumque requisierit eam per se aut per nuntios suos iratus vel pachatus. Iterum convenit predictus comes barchinonensis ipsi comiti urgellensi quod donet ei singulis annis mille morabetinos quingentos ad festum Sancti Michaelis et quingentos ad Pascha usque quo capiatur Ilerda. Et si forte quod absit pacem fecerit cum Ilerda donet ei tertiam partem de ipsa paria quam inde habuerit et cadant mille morabetini. Quod si tertia pars non sufficerit ad mille morabetinos compleat ei de suo quod defuerit comes barchinonensis. Et comes barchinonensis donat ei in Barchinona unum burgensem videlicet capdemansum Petri Costancii cum ipso qui tenet illud et unum judeum nomine Santo. Propter hec quoque dona superius comprehensa et propter ipsos fevos prenominatos convenit predictus comes Urgelli comiti Barchinonensi quod sit propter hoc suus solidus sicut homo debet esse de suo meliori seniori et quod inde faciat ei ostes et cavalcadas et cortes et placita et seguimenta quando ipse jusserit de suo corpore cum hominibus quos tenebit de honore ejus et cum hominibus suis de Urgello sicut homo debet facere suo meliori seniori et quod faciat per eum pacem et guerram

sarracenis et christianis de se et de suis hominibus et de terra sua et quod faciat ei fidelitates per sacramenta de suo corpore et de suo honore et de tenendo isto placito. Facta carta convenientie VIII kalendas junii anno dominice incarnationis millessimo CXLVIII regnique Ledovici regis junioris anno XI.—Sig✠num Raimundi comes.—Sig✠num Ermengaudi comes.—Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Bernardi de Belog. Sig✠num Berengarii Arnalli de Anglesola. Sig✠num Arnalli de Pontis. —Sig✠num Poncii scriptoris qui hoc scripsit rasis literis et emendatis in linea V et VI die annoque prescripto. *(Alphabeto divisa)*.

LV.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Raimundus comes barchinonensis atque aragonensium princeps impignero tibi Guillelme Raimundi Dapifer et fratri tuo Otoni ac filio tuo Guillelmo de Montcada totam meam dominicaturam de Osor cum omnibus terminis et apendiciis suis et totum illud de Sancta Cruce cum omnibus que ibi habeo vel habere debeo propter quatuor milia solidorum barchinonensis monete quos vobis debeo. Tali quoque conditione ut jamdictum pignus tamdiu teneatis possideatis et expletetis quousque Raimundus comes jamdictus aut mei post me successores reddam vel reddant tibi jamdicto Gui- Perg. n.° 3 del A. 5 ago. 1148.

llelmo Raimundi aut fratri tuo Otoni vel filio tuo Guillelmo de Monteada jamdictos quatuor milia solidos sine omni engan: et si moneta mutaretur vel pejoraretur reddamus tibi vel tuis jamdictis marchas argenti puri ad computum de quadraginta tribus solidis et sic vadat de marcha in marcham. Predictum quoque pignus mito tibi jamdicto Guillelmo Raimundi et fratri tuo Otoni et filio tuo Guillelmo libere et integre sine tuo engan sicut melius tenuit illud et habuit pater tuus Guillelmus Raimundi cum omni integritate propter jamdictos quatuor milia solidos sicut superius est comprehensum. Si qua autem persona hoc disrumpere vel infringere temptaverit nichil proficiat sed in duplo componat et postmodum hoc permaneat inconvulsum. Facta carta nonas augusti anno XI regni Leovici junioris. — Sig✠num Raimundi comes. — Sig✠num Petri Bertrandi de Bellog. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Bertrandi de Merola. Sig✠num Petri Sanctiminati.—Sig✠num Poncii scriptoris comitis qui hoc scripsit die et anno quo supra.

LVI.

Perg. nº209.
Dic. 1148.

Hoc est translatum bene et fideliter ab alio translato translatatum kalendas augusti anno Domini MCCXL octavo a quodam instrumento quod sic habetur. Hoc est transla-

tum bene et fideliter translatatum XVII kalendas maii anno Domini MCCXL octavo a quodam instrumento quod sic habetur. In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti Amen. Hoc est translatum fideliter translatatum. Hoc est firmamentum quod firmavit Raimundus Berengarii comes Barchinonensis et princeps regni Aragonensis salvet illum Deus cum alguaziris et alfachis et alchavis et cum alios homines de Tortoxa custodiat illum Deus. In ora quando placuit domino Deo magno affidiant eos in lurs animas et in lures filios et in lures averes et in totas lurs causas in directa fide salva sua fidelitate de Raimundus Berengarii comes honorificet illum Deus quomodo illis demandaverint tales firmamentos quales affirmavit rex Adefonsus cui sit requies ad mauros de Çaragoça et tales fueros quales illis abent qui sunt suptus scriptos illos naturales qui sunt de Tortoxa et illos extraneos qui ibi sunt quod teneat eos in illos fueros qui sunt scriptos in ista carta juso volente Deo ut affirmet illo alcadii in suo honore et in sua justicia et suo filio salvet illum Deus in suo honore et in suo mandamento et totos illos alguçiros et alfachis et maiorales quod teneat eos in suos fueros et totos illos alios moros quod stent in lures casas intra in illa civitate de isto uno anno completo de termino de ista carta et infer tantum quod faciant et indreçent casas in illos arrabales de foras et quod remaneat illa metzchida majore in lurs manus usque ad isto anno complito quod levent illos in lur fuero de lures hereditates que habent in Tortoxa et in suas villas per directo et per justicia sic est fuero in lure lege id est quod donent decima ad comes Raimundus Berengarii de totos lures fructos et totos lures alçatas et

qui voluerit ex eis sua alode vendere qui non illi devetet aliquis et vendat ubi potuerit et qui voluerit ex illis exire de Tortoxa per ad alias terras aut per terra vel per aqua vadad solutus cum suo toto avere et cum filios et mulieres qua hora voluerit prope vel tarde et vadat ad salvetate si voluerit sine consilio de nullo homine. Et totos illos mauros quod stent in lures fueros et in lures justicias et non inde illos dissolvat nullus homo et stet super illos lure judice cum suos castigamentos sicut est in lure lege et in via de jure judicio et si venerit prelia vel baralga infer mauro et cristiano quod judicet et castiguet eos lur judice de mauros ad illo moro et de judice de cristianos ad illo cristiano et non exeat nullus de judicio de sua lege et si habuerit aliquo mauro suspita de furtu vel de fornitio vel de alia mala facta quod tangat illi juditio vel castigamentum quod sedeat ipso per testamentum de fideles et verdaderos mauros et non credant cristiano super illo mauro. Et si suspectaverit aliquo moro quod eum compariat moro vel mora captivo in sua casa sine testimonio de mauro vel de cristiano non cerchet sua casa. Et si habuerit testimonium quod cerchet sua casa sola et non de suo vicino et quod non habeat mandamentum nec bailia super illos mauros nisi fideles cristianos et bonos homines qui levent illos per directum et quod non sedeat forçato nullo mauro per andare ad expugnandos alios mauros et quod non moret nullo cristiano per força in sua casa vel in suo orto. Et si cadigit jura super mauro circa cristiano quod juret sicut est in sua lege et non illos forçet per alia jura facere. Et qui voluerit habitare de illis in sua almunia vel in suo orto foras illa civitate quod non

ei divetet aliquis. Et non faciant illos de Tortoxa nulla açofra nec illos homines nec suas bestias. Et non ponant super illos judicem in nulla bajulia nec in ullas suas faciendas et quod non demandent nullam occasionem super nullo servitiale qui antea tenuit aliquod servitium regale et sedeant comendatas totas causas de homines de Tortoxa ad alguaçir vel quem ei elegerit. Et quod levent ad illos alcaides de illos moros super lures usaticos et suos fueros in quantum tenent in manus et quod sedeant honoratos in lures usaticos sicut fuerunt in tempus de suos alios reges et non inde illos tragat nullus. Et quod posent lures mercatos ubi fuit suo fuero in illos alfondechs saputos de posare et veniant illas arrafachas de totas terras ad fidelitate et non illas sachet nec tragat nullus de suos fueros. Et quantas maluras fuerint facta inter nos usque ad isto tempus quod totas sedeant finitas. Et affidiavit comes ad alguaçiles et alcadis et alfachis in lures animas et in lures hereditates et illos quod sedeant suos fideles vasallos sicut illos alios bonos homines de Tortoxa. Et nullo judeo comparet mora nec moro qui fuerit captivo et nullo judeo non denostet ad mauros et si fecerit quod faciat inde directum. Et si almoravites fecerint aliquod malum ad illos cristianos qui fuerint inter illos vel in suas terras non prendant per inde nullo malo homines de Tortoxa et illos moros qui modo sunt foras de Tortoxa et se tornaverint de isto termino ad IIII menses quod habeant totas suas hereditates et vadant et paschant toto lure ganato de illos mauros ubi voluerint in terras de comes et illos metipsos vadant similiter per totas suas terras de comes sine ullo reguardo quod donent sua açadaga directa de suas oves sic

est Iure fuero et Iure lege. Et quando steterint illos moros in illos arraballes post isto anno completo et voluerint ire per ad Iures honores et ad Iures labores quod vadant per illa civitate et per illo navio sine dubitatione et mittant ad unoquoque pirata uno mauro cum illos porteros de comes qui sedeant fideles super illos necnon eos deshonoret aliquis et non tollat ad nullo mauro suas armas. Et qui habeat de illis aliqua bestia qui fuerit de cristianis usque ad diem quod intravit comes in Tortoxa non eam tangat nullus et qui habet captivo vel captiva non eos perdat sine redempcione et stent suos homines de comes salvet illum Deus in illa Açuda. Et adfidiciant illos mauros quod sedeant fideles in Iures firmamentos qui stant super suo ligamento. Et juraverunt super hoc totum superius scriptum per Deum omnipotentem qui scit omnia testimonia et per totos juramentos de lege mauros. Et juravit comes et suos richos homines per Deum altissimum et per Jesum Christum et per Sancta Maria et per IIII evangelia et per totos sanctos. Facta carta ista in era M *(falta una C á la era)* LXXXVI in mense december.—Signum Ildefonsi regis Aragonensis et comitis Barchinonensis. Sig✠num fratris Berengarii de Avinione magister militie templi in Provincia et partibus Ispanie qui hoc super scriptum laudo et confirmo. Acta est translatio istius carte fideliter nonas mensis septembris anno Domini MCXCVIII. —Guillelmus de Cirquos juratus fideliter hanc cartam translatavit et hoc sig✠num fecit. Signum ✠ Dominici capellani Montischatani subscribentis pro teste. Sig✠num Johannes Scribe subscribentis pro teste. Sig✠num Jacobi filii Stephani subscribentis pro teste. Sig✠num Bernardi

Dalmerola ecclesie Sancti Nicholai capellani qui hoc translatum bene et fideliter translatavit et cum originali eum comprobavit et eum fidele invenit cum raso et postcripto in VIII linea ubi dicitur V et supraposito in X ubi dicitur non et in XII ubi dicitur creda et cum encausto effuso in XVIII linea ubi dicitur tragat et supraposito in XXX ubi dicitur non die et anno que supra. Sig✠num Jacobi filii Stephani subscribentis pro teste. Sig✠num Bernardi Dalmerola ecclesie Sancti Nicholai capellani qui hoc translatum ab alio translato bene et fideliter translatavi.

LVII.

Perg. n° 208.
22 dic. 1148.

In Dei nomine et ejus divina gratia. Ego Raimundus comes Barchinonensis et princeps regni Aragonensis facio hanc kartam donationis tibi Porcel de Cervera meo bajulo et Bivas de Cruzilada et Guillem Bertran et Arnall Boschet et Mir de Fluvian. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate et dono vobis per alode illa Spelunca Calva ut habeatis et populetis eam sicut melius poteritis facere cum tanto termino quantum vos poteritis laborare et pupulare et illos alios qui pro vobis ibi fuerint populatos: et hoc in tali convenio ut omni tempore ego habeam ibi et omnis mea posteritas de omni fructo quod ibi laboratum fuerit illa novena et non inde respondeatis ad nullum hominem nisi ad me et mea posteritate. Et ut habeatis et possideatis

hoc donativum sicut superius est scriptum vos et filii vestri et omnis generatio vestra per secula. Facta karta anno ab incarnatione Domini MCXLVIII in sitio Tortose in mense decembris die jovis III die ante natale Domini regni XII Ledovici junioris.—Sig✠num Raimundi comes. —Sig✠num Willelmus Raimundi. Sig✠num Raimundi de Podioalto. Sig✠num Bernard de Belloc. Sig✠num Guerall de Jorba. Sig✠num Berengarius de Terroga. — Petrus sacerdos qui hoc scrip✠sit.—Actum est hoc translatum in potestate Stephani bajuli domine regine scilicet in villa de Ripa in presentia scilicet Geralli de Albiolo et Guillelmi de Avinione et Petri Pallarisensis. Sig✠num Stephani bajuli domine regine. Sig✠num Geralli de Albiolo. Sig✠num Petri Pallarisensis. Nos qui hoc tranferre vidimus et hujus rei testes sumus. — Ferrarius de Ripa qui hoc transtulit fideliter VI idus augusti anno dominice incarnationis MCXC ✠.

LVIII.

Perg. nº 225.
Enero 1149.

Hoc est translatum bene et fideliter factum III idus novembris anno Domini millessimo ducentessimo VIIII. Sit notum omnibus hominibus quod ego Raimundus comes barchinonensis princeps aragonensis atque Ilerde et Tortose marchio et ego Ermengaudus comes Urgelli qui per manum comitis barchinonensis Ilerdam habeo donamus vobis

omnibus populatoribus et habitatoribus sive statoribus Ilerde civitatis tam presentibus quam futuris casas et casales et ortos et ortales et totam civitatem Ilerde tam constructam quam destructam tam infra muros quam extra muros ut ibi habitetis et populetis et mansiones edificetis: et damus vobis totum territorium civitatis Ilerde tam cultum quam heremum cum omnibus terminis et pertinentiis omnesque introitus et exitus suos ut habeatis ibi mansiones et hereditates vestras sicut unicuique vestrum eas dabimus per cartas nostre donationis per alodium proprium et franchum cum prole et sine ea ad faciendum exinde quitquid volueritis tamquam de propriis hereditatibus vestris ad dandum vel vendendum sive impignerandum quibuscumque velitis exceptis militibus et sarracenis. Donamus iterum vobis prata et paschuas fontes et aquas boschos et legnamina et venationes plana et montana ad omnes vestros usus et ad omnia vestra pechora pascenda et conducenda. Donamus iterum vobis omnibus ut deinceps in civitate Ilerde et in termino ejus non donetis leudam nec ullum usaticum nec aliqua persona hoc a vobis requirere audeat in perpetuum: et quod nos aut aliquis senior vel castlanus sive vicarius aut bajulus Ilerde homo vel femina non faciamus vel faciant ullam fortiam vel districtum in personis vestris neque in possessionibus vestris: et quod nos aut ullus senior vel bajulus Ilerde non possimus vel possint vos inculpare aut increpare de aliquo absque legitimis et idoneis testibus et quod non faciatis nobiscum aut cum alio seniore vel bajulo Ilerde bataiam: et quod sitis deinceps securi liberi et franchi cum omnibus hereditatibus vestris atque possessionibus vestris absque aliquo retentu quem ibi non faci-

mus preter fidelitatem et solam rectam justitiam quam ibi retinemus: quam justitiam et fidelitatem ita tenebitis et observabitis sicut inferius scriptum est et constitutum. Primus siquidem modus institutionis et observationis justitie hic est: si quis eduxerit cultellum aut ensem aut lanceam adversus alium minando vel irascendo aut donet curie LX solidos aut manum perdat: qui autem prendiderint latronem suas causas ei furantem tandiu eum teneat donec sua recuperet et postmodum illum ad justitiam reddat curie: et si quis tenuerit pignus alterius et ipse qui debitor fuerit noluerit debitum ad terminum reddere teneat ipsum pignus qui tenet decem diebus post illum terminum post quos si noluerit debitor reddere debitum ex tunc sit licitum ei qui pignus tenuerit vendere vel impignerare illud cui voluerit unde suum recuperet: si quis vero fuerit debitor aut fidejussor alicui habitatori vel statori Illerde et ad terminum noluerit eum pachare si clamor de eo venerit ad curiam cogatur debitor ille vel fidejussor totum ei reddere debitum et tantum curie de suo proprio dare quantum fuerit tertia pars illius debiti: quod si curia nollet aut non posset ipsum debitorem vel fidejussorem distringere ex tunc sit licitum habitatori Ilerde pignerandi debitorem ipsum vel fidejussorem in cavallis aut mulis aut in omnibus propriis rebus ipsius quascumque invenerit. Omnes vero injurias et omnia malefacta que fuerint infra habitatores Ilerde habeant licentiam probi homines Ilerde ea ad invicem adaptare et pacificare si voluerint antequam ad curiam querimonia inde feratur. De illis autem injuriis et malefactis de quibus fuerit clamor curie factus firment inde directum secundum quantitatem malefacti et faciant illud

per judicium curie. Et si quis fuerit captus in adulterio cum uxore alterius currant ambo vir et femina per omnes plateas civitatis Ilerde nudi et verberati nec aliud dampnum honoris vel peccunie inde sustineant. Et nos prescripti comites barchinonensis scilicet et urgellensis convenimus vobis omnibus habitatoribus Ilerde omnia suprascripta tenere firmiter et adatendere bona fide sine vestro engan et manutenebimus et defensabimus corpora vestra et omnia vestra in omnibus locis maris et terre ubi potentiam habeamus contra omnes homines et feminas sicut nostros proprios atque karissimos homines. Et nos omnes pariter populatores atque statores Ilerde civitatis majores et minores convenimus vobis senioribus nostris Raimundo comiti Barchinonensi et Ermengaudo comiti urgellensi quod ab hac die in antea simus vobis fideles in omnibus directis et justitiis vestris bona fide et sine aliqua fraude nobis scientibus et quod adjuvemus vos tenere et conservare civitatem et villam Ilerde secundum posse nostrum.—Et si quis hoc disrumpere vel violare temptaverit nichil proficiat sed in duplo omnia supradicta componat et postmodum hoc firmum permaneat omne per evum. Facta ista carta mense januarii anno dominice incarnationis millessimo centessimo XLVIIII. — Sig✠num Raimundi comes.—Signum Adefonsis✠regis aragonensium et comitis barchinonensium. — Sig✠num Petri Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone.—Sig✠num Ermengaudi comitis Urgelli qui hanc donationem fecit firmavit testesque firmare mandavit.—Sig✠num Ermengaudi filii sui comitis Urgelli qui hoc laudat et firmat.—Sig✠num Arnalli Mironis comitis Palearesis.—Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi.—Sig✠num Raimundi de Pugalt.—Sig✠num Ber-

nardi de Belloloco.—Sig✠num Geralli de Jorba.—Sig✠num Guillelmi de Cervera.—Sig✠num Guillelmi de Castelvel.—Sig✠num Arnalli Berengarii de Anglerola.—Sig✠num Berengari Arnalli de Anglerola.—Sig✠num Gomballi de Ribeles.—Sig✠num Arnalli de Ponts.—Sig✠num Berengarii de Torroja.—Sig✠num Arnalli de Lercio.—Sig✠num Poncii scriptoris qui hoc scripsit die annoque prescripto.—Sig✠num Petri de Betesa presbiteri ecclesie de Villanova.—Guillelmus Palentianus scripsit se pro teste et hoc sig✠num fecit.—Sig✠num mei Arnaldi Mironis qui hoc translatum cum ejusdem autentico comprobavi: Qui hujus translati sunt testes.—Berengarius de Vilanova translatavit et hoc sig✠num fecit cum literis suprapositis in Xª linea.

LIX.

Perg. nº214.
1 jul. 1149.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hec est carta firmissime convenientie et pacis indisolubilis facte inter Raimundum Barchinonensem comitem Aragone dominum et principem Garciam Navarre regem et successores eorum in perpetuum. In primis igitur eorum uterque alteri fidem suam dat sine dolo et fraude quodammodo prorsus firmissime et fidelissime amici maneant tam ipsi quam successores eorum ita quod alterius nulla fiat lis nulla contentio inter ipsos vel successores eorum super regnis Navarre et Aragone sed sibi ad invicem per fidem sinceram et inte-

gram consilium et ausilium prebeant. Instinctu etiam divino conveniunt rex et comes prenominati in legitimo matrimonio contrahendo inter ipsum comitem et Blancam filiam legitimam ipsius regis. Et quia inter magnas personas non debet matrimonium contrahi sine legali instrumento dotis ipse comes dabit predicte filie regis ad minus XII castella secundum morem regnum Hispanie. Si ipsum plus ei dare non computerit sua nobilitas et liberalis amor. Etiam rex dabit ipsi comiti et filie sue IIII castella scilicet Taust Pratellam Lesfais et Espetellam ipsa eadem die qua predictus comes ducat in uxorem legitime predictam regis filiam et cetera et comes dabit regi Carcastel. Possessores autem tam predictorum IIII castrorum quam dotis talem fidelitatem et hominium facient predicte filie regis quod ipsi prorsus respondebunt et obedient illi tamquam proprie domine sue si illa superstes post comitem fuerit vel si comes eam dimiserit sine delicto pro quo perdere debeat tam dotem quam predicta castra IIII unde ipsa stans in honore vel nolit vel nequeat se purgare. Conveniunt ad invicem rex et comes quod si quod absit predicta puella priusquam fiat matrimonium vel etiam postea sine herede moriatur amicicia et concordia firma maneat et indissolubile in perpetuum sicut inter ipsos sacramentis et fide statuitur. Firmatur inter ipsos ad invicem quod predictum matrimonium contrahetur usque ad proximam festivitatem Beati Michaelis anni sequentis sine fallatia et dubio veracisime si prius fieri nequeat ad honorem et utilitatem utriusque partis. In acquisitionibus quoque suis ammodo super terram sarracenorum Deo volente faciendis taliter conveniunt. Quiquid de Orpeis et de Murel et de terminis

regni Cesarauguste et Darocka et Calateu in antea aquirent rex et comes vel simul ambo vel alter sine altero seu manu forti seu dono seu quocumque modo ex hinc in antea per medium inter se amicabiliter divident et sic concorditer tenebunt vel ex communi consilio dimittent acquista. Omnia quidem predicta sicut melius et sanius ac sanctius intelligi possunt omni dolo et fraude remotis firmant se se tenere et teneri facere rex et comes predicti tam fide propia et sacramentis sub personis eorum factis quam sacramentis plurium suorum hominum hinc inde ad ipsos factis et in futuro faciendis secundum quod hi vel ille ab altero querere voluerit rationabiliter et alter idonee facere potuerit. Quod hec omnia presignata modo designato fiant jurant ex parte comitis: primo Raimundus de Podio alto et Bertrandus de Castellet.—Ex parte quidem regis Simeon Azenarz et Willielmus Azenarz et Rodericus de Acegre. — Magister Rodebertus ecclessie Pampilonensis archidiaconus et regis Garcia principalis capellanus ac comitis predicti clericus fecit hanc cartam era MCLXXXVII kalendas julii.

LX.

Perg. nº. 220. Set. 1149.

In nomine Domini nostri Jesuchristi. Certum sit omnibus quod ego Raimundus Dei gratia comes barchinonensis princeps aragonensis et Tortose marchio cupiens habere partem regni celestis meritis et intercessionibus sanctorum

propria animi deliberatione dono et concedo in perpetuum Deo et Sancto Salvatori Cesaraugustane sedis et Bernardo ejusdem episcopo et canonicis ibi Deo sirvientibus et successoribus eorum villam atque castellum que dicitur Alballat cum omnibus suis terminis heremis et populatis et cum silvis et cum aquis et cum pascuis suis et cum omnibus redditibus et juribus suis sicut unquam melius habuit vel habere debuit in tempus de mauros dono et concedo illis ut habeant eam per hereditatem. Similiter dono per fevum et per honore Deo et supradicte ecclesie Sancti Salvatoris et Bernardo episcopo et successoribus suis illo castello de Alballat cum omnibus redditibus et directis suis omnibus diebus vite mee: et post obitum meum dono et concedo illud supradictum castrum et villam ut habeant et possideant per hereditatem. Adhuc autem dono et concedo totum donativum sicut superius scriptum est ut habeant illud salvum et ingenuum et liberum et franchum salva mea fidelitate et de omni mea potestate per secula cuncta amen.—Sig✠num Raimundi comes.—Facta carta era MCLXXXVII in mense septembre in obsidione Ilerde dominante me Dei gratia comite in Barchinona et in Aragone in Superarbi et in Rippacurcia atque in Tortosa: episcopo Bernardo in Cesaraugusta: episcopo Dodo in Oscha: episcopo Guillermi Petri in Rota: episcopo Michael in Taraçona: comite Arnald Miri Palariensem in Buile et in Ricla: vicecomite de Gavarret et de Bearn in Oscha et in Bespen: Bernardo Gomiz in Jacha et in Agierb: Ferriz in Sancta Eulalia: Garçia Ortiz in Cesaraugusta et in Fontes: Artal in Alagon: Peire de Castellaçolo in Calataiub: Sancio Necones in Darocha: Fortunio Accnariz in

Tarazona: Galin Xemence in Belgit: Galindo Ximinones in Alcala: Pelegrin in Alxeçar: Fortun Dat in Barbastro: Pereramon in Estata: Frontin in Elson: domno Petro de Rueira magister militie Templi in Monçon et in Corbinos. Sunt testes visores et auditores de hoc super scriptum comite de Paliares et Guillermi Raimundi Dapifer et don Gomez et Petrus magister de milicie Templi et don Fredul et Frontin et Pere Destopanian et Auger et Gillem Arnal fratri suo et Galindo Johanne de Roda et Raimundus prior Sancti Salvatoris et Martinus canonicus.—Et ego Andree de Agierb scriptor hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum ✠ feci.

LXI.

Perg. nº 224.
30 nov. 1149.

Hoc est translatum scertum et fideliter translatatum VII idus marcii anno ab *Incarnatione Domini*. . . . . . . (A) *Ad honorem* Dei omnipotentis Patris et filii et Spiritus Sancti. Ego Raimundus Berengarii *gratia Dei comes Barchinone* princeps Aragonum atque Illerde et Tortose marchio. Dono vobis omnibus habitantibus cunctis*que* successoribus vestris

---

(A) Todas las palabras que se hallan marcadas en cursiva están borradas en el documento que copiamos, pero se han llenado estas lagunas comprobando este con otros traslados y en parte con lo que del mismo se halla impreso en las *Costumbres de Tortosa*; (Edicion de la misma ciudad año 1539) asimismo, los claros que se encuentran puntuados indican que ha sido imposible leerse las palabras que los debieran ocupar

in perpetuum in civitate Tortose domos et casales ortos et ortales campos et vineas cultos et heremos cum omnibus eorum pertinentiis in hereditate propria libera francha et ingenua sicut unicuique dabo per donationes meas et cartas quas facturus sum vobis. Dono etiam vobis montes et planos et boschos et ligneamina ad omnes vestros usus proprios tam domorum quam navium. Dono etiam vobis prata et pascuas et venationes et habeatis hec omnia vos et omnes successores vestri post vos libere et ingenue cum omnibus ingresibus et egresibus sicut habentur et continentur per terram de Colle Balagarii usque ad Uldichona et sicut pervadit de Roca Folletera usque ad mare. Damus iterum vobis omnes aquas dulces et m*are* ad piscandum et navigandum exceptis stagnis et salinis in quibus retineo solam meam novenam. Dono *insuper* omnibus vobis quod non donetis ammodo in Tortosam leudam neque portaticum neque passaticum et quod non faciam vobis nec successoribus vestris aliquam fortiam vel districtum in personis vestris vel in possessionibus mobilibus aut immobilibus *neque* per me neque per personas mihi subditas nisi quod sola justicia mihi dictaverit quam justitiam tenebitis observabitis secundum mores bonos et consuetudines quas subterius vobis dedi et scribi feci. Omnia quoque suprascripta vobis integriter dono et firmiter laudo simul cum ipsis stagnis et salinariis in quibus solam meam retineo novenam. Primo siquidem modus Tortose civitatis hic est: Quiccumque alicui extiterit debitor et ad terminum noluerit eum paccare postquam exactor querimoniam suam super hoc curie exposuerit causam suam debitor integre ei restituat et postmodum quantum constaverit quinta pars

illius debiti quod redderit tantum de propio suo idem debitor curie reddat. Pignera vero coram testibus accipiantur ad terminum: que si tunc redempta non fuerint conserventur inde post terminum X dierum: que si tunc redempta non fuerint sit deinceps licitum eis qui tenuerint ea vendere vel impignorare sine alicujus contrarietatis obstaculo. Si quis etiam minando vel irascendo contra alium cultellum vel ensem vel lanzeam traxerit LX solidos curie donet aut manum desteram perdat. Qui autem perdiderit latronem in latrocinio tenat eum donec sua recuperet et postea illum ad justitiam curie reddat: et si quis miles alicui homini vel femine Tortose fuerit dator vel debitor per se vel per alium et statuto termino noluerit reddere quod debuerit postquam exactor semel fuerit de eo fatigatus ad curiam pigneret dictum suum datorem del debitorem de cavallo suo aut de mulo aut de quibuslibet rebus suis quas cum eo vel sine eo invenire potuerit. Et ipse dator vel debitor pignus ei non deffendat neque contendat. Et si quis apellaverit alterum cucurbitum hoc est Cuguz aut renegatum ant bandatorem et eadem ora percuserit eum ille cui hoc verbum protulerit nulla de eis vindicta vel justitia requiratur. Contentiones vero et alia malefacta que fuerint infra habitatores Tortose sit licitum probis hominibus aptare et pacificare ad invicem si voluerint antequam curie manifestentur vel ad sacramentum deveniant. De injuriis et malefactis que facte fuerint postquam clamor fuerit factus ad curiam firment in directum per judicium curie et proborum hominum Tortose. Pro inventione vero fugitivi sarraceni qui inventus sit de Tarrachona usque ad Hiberum flumen unus morabatinus accipiatur. Et de Ibe-

ro usque ad Uldicona duos. Supradicta omnia vobis dono franchamente et libera et sine vestro engano modo prescripto ut ea potenter et firmiter teneatis et habeatis ac jure perpetuo possideatis salva in omnibus mea fidelitate et meis directis et amodo ero vobis bonus senior et bonus dominus et amabo semper atque honorabo et deffensabo personas vestras et omnia vestra ubicumque per me vel per meos posse habuero sicut meos proprios et mihi karissimos. Addo iterum vobis quod per clamorem aut per ullum repte quod vobis facerem non faciatis mecum bataiam neque cum ullo seniore aut bajulo de Tortosa. Propter hec omnia dona superius comprehensa nos omnes habitatores Tortose convenimus vobis domino nostro Raimundo comiti suprascripto ut simus vobis fideles in omnibus. Facta ista carta II kalendas decembris die festo Sancti Andree anno dominice incarnationis MCXLIX.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Bernardi Tarrachonensis archiepiscopi. Sig✠num G. Barchinonensi episcopi. Sig✠num Guillelmi Raimundi.—Sig✠num Petri Bertrandi. Sig✠num Petri Sanctiminati. Sig✠num B. de Belloloco. Sig✠num Poncii de Cervera. Sig✠num G. de Copons bajuli comitis.—Sig✠num Poncii qui hoc scripsit die annoque prescripto.—Petrus de Almenar presbiter pro teste subscribo et signum meum facio. Sig✠num Dominici abbatis subscribentis pro teste. Dominicus Miralleç diachonus hoc translatum fecit atque translatavit et hoc sig✠num fecit.

Remembrança sia al Comanador de Tortosa que sis fahia composicio entrel Temple els homens de Tortosa el Temple los fahia gracia que usasen dalgunas costumes entrels que nulla costuma que sia contra dret no puxen usar contra

la senyoria.—Es escrit en la carta del compte de Barcelona de les costumes quel dona als ciutadans de Tortosa que tot hom qui amenasan hoirosament traura coltell ho espasa ho lança contra altre pac a la cort LX sous ho perda lo puyn dret. Ara husen los dits ciutadans de Tortosa de poc de temps ança que quant los senyors demanen LX sous per coltell tret et provat be tot lur enteniment e audes II scentencies que pagar deu los LX sous posas defensio quen defeniment de son cors lo trac et . . . . testimonis en oltramar o la on se vol. E aquesta costuma an feta de III anys ho de IIII ança.—Remembrança sia al Comanador que quan sera devant lo senyor rey que acatte manament que aquel leyn en que el apart puxa anar a Tuniç.—Utitur in civitate Tortose quod nullus absque acusatore legitimo qui se ad penam Talionis subscribatis puniatur per hoc tam in occultis quam in notoriis criminibus seu maleficiis sine aliqua excepcione et in crimine adulterii manifesti. *Item* utitur quod licet crimina et maleficia fuerint manifeste comissa non possit inde fieri inquisicio et sic dicta maleficia remanent impunita. *Item* utitur quod si pater acusare voluerit interfectorem filii sui quod hoc se ad penam talionis sub . . . . *Item* utitur quod tam in criminali causa quam civili non subjiciatur quis questionibus licet alias veritas pacti apareat non . . . . precedant mendacia. *Item* utitur quod si aliquis in causa criminali condempnetur non auditur apellans immo incontineti mandatur sententia executioni sed in causa non tantum a deffinitiva sed indiferenter ab omni interlecutoria apellatur exepta lite con . . . . *Item* utitur quod si aliquis velit agere contra alium personali

vel reali accione ad interrogationem partis adverse hanc eligere an agat cum carta vel sine carta et siquidem dicat quod sine carta postea non poterit producere per se vel per alium aliquam cartam seu scripturam siquidem dicat se velle agere cum carta nunquam audietur nec respondebit ei adversarius quousque produxerit dictam cartam. *Item* utitur quod post caucionem deparendo juri prestitam reus non tenetur venire ad judicem per VII vel VIII dies continue numeratos licet citetur per judicem et si non citetur infra illos VII vel VIII dies predictam caucionem interpositam non procedetur contra eum non premissa trina citatione que habet continere VII vel VIII dies ex eo quod tribus diebus in abdomada tantum redditur jus et ad illas et in illis diebus debet fieri citatio per judicem et hoc tam in arduis quam mediocribus minimisque causis excepta causa alimentorum mercenariorum unius diei vel duorum ne cotidianis alimentis fraudetur et hoc servatur tam in omnibus hominibus civitatis quam alterius jurisdictionis. *Item* utitur quod licet contra non juratur de calupnia immo si reus negaverit inducuntur probationes actori et si reus opposuerit aliquam excepcionem quam actor negaverit judicetur reo excipienti probationes et si dicit reus non habere in prontu testes cum sint ultramare vel aliis longinquis partibus dabuntur ei inducie legales licet adversarius se oponat dicendo quod per difugium vel malitiam hujus dilationes petantur et hoc utitur nullo prestito juramento quod maliciose hujus dilationis non petat. *Item* utitur quod si contentio fuerit inter partes de processu cause credatur simplici assertioni judicantis et vicarii nulla inde ostensa scriptura cum de usu non scribantur nec con-

ficiantur acta in causis nisi cum libelus et licet contra et producciones testium in causa. *Item* utitur quod testes non compelluntur testificari nisi sit causa criminalis et promiserit se testificaturam vel inveniatur in instrumenta subi. . . . . *Item* utitur quod sentencie proferuntur sine scriptis vel si jure aliqua eam velit habere scriptam post latam sententiam judex qui tulit eam faciet notario scribere et subsignare vicario et postea ipsa subscribet et hoc faciet post unum vel duos dies et plus provi . . . . voluerit et sic sententiam scriptam habeat litigator. *Item* utitur quod tam principali causa quam apellationis nulla fit condempnatio expensarum in aliquo casu licet constet de calumnia subcumbentis. *Item* utitur quod nullus christianus admititur contra judeum in testem quacumque accione contra judeum agatur tam reali quam personali. *Item* utitur quod administratores tutelarum et curarum comituntur nullo a tutore vel curatore prestito juramento. *Item* utitur quod si alteratio fuerit inter partes de consuetudine videlicet quod una pars asserat consuetudinem quam per se inducit et altera pars dicat non esse consuetudinem cum non constet esse factam ab hiis qui potestatem habent concedendi et propter hoc sit indicta probatio consuetudinem asserenti utitur quod probi homines nullo prestito juramento de veritate dicenda conferunt ad invicem et si viderint per simplicem verbum aliquorum sui ipsorum quod illud quod per consuetudinem alegatur fuerit inter eos judicatum et tali modo probata consuetudo quod utatur non distincto bene vel male fuerit judicatum habeatur per probata tamquam consuetudo facta de consensu eorum qui habent concedendi consuetudinem potestatem et ac si esset

rationabilis et legitima prescriptam. *Item* utitur quod nisi tribus diebus in ebdomada usque ad horam tertie non redditur jus videlicet die lune die mercurii die sabati et si contingat aliquam illarum dierum propter festum vel aliquam causam fuerit feriatam in sequenti die non feriata non redditur jus in locum illius diei in qua feriam contingit cum deberet jus singulis diebus non feriatis jus reddi. *Item* utitur quod si qua causa vel negotium dicitur per aliquam Dertusse consuetudinem esse *diversa* per sententiam primam quod postmodum ille quem lata fuerit sententia non auditur apelians. *Item* utitur quod oficium judicis quod loco actionis ponitur non habet locum in dertusani quocumque casu judicis oficium intentetur de jure nisi in tribus casibus videlicet in dandis tutoribus et curatoribus et reparationem instrumentorum amissorum restituere. ista regula indistincte quod sine accione nemo experitur sed si competat sibi judicis oficium non poterit cum intentare maxime si non petat aliquid sibi dari vel fieri ab adverso sed a solo judice. *Item* utitur quod si aliquis fuerit captus pro aliquo maleficio . . . . interrogatur extra judicium et siquid aliquid fuerit confesus sibi providitatur licet deficiat acusator et non audit penitus de dicta confesione. *Item* utitur quod si in aliquo contractu habito in scriptis vel sine scriptis in quo caveatur ad certum tempus pecuniam solvi vel aliquid fieri et nisi factum fuerit quod promititur dapnum interesse refici et emendari stipulanti non reficitur nec in aliquo emendatur. *Item* quod testamenta confecta cum tabellione et unico teste valeant. *Item* utitur quod oficium judicis in nullo casu intentatur nisi

in reparatione instrumentorum amissorum et restitutione minorum petendis tutoribus et curatoribus ipsis minoribus. *Item* utitur quod actor non tenetur scribere petitionem suam seu concipere libellum quousque reus firmaverit jus et post cautionem juris poterit actor scribere pro ut sibi melius videbitur expedire.—Homines dertusenses habito inter se consilio generale unanimiter statuerunt quod nullus ipsorum iret ad balnea Templi ad balneandum et si quis iret ad balneum Templi et non iret ad balneum P. Jordani quod ipse P. Jordani ipso de conquereretur tamquam de eo qui venit contra comunem civitatis propter quod videtur articulus contra dominium factus hujus statutio contrafacta *Item* jam dicti cives dertusenses quandam plateam que quidem est dominorum Dertuse fratribus Templi indebite concedebant ponentes ibidem flequarias suas cum pane ad vendendum et ejicientes illas quas faciebat in dicta platea residere in prejudicium Templi non modicum et comptemtum minabeatur et enim prefati cives quod si quis fratrum vel aliquis ipsorum tangeret flequarias suas seu panem earundem medietate interficeretur ab ipsis. *Item* cum judicia sint hominum civitatis deberet judices constituere qui secundum jura sciret judicare unde quia non faciunt super hoc impetretur litera a domino papa et judex Cesarauguste episcopus. *Item* injurantur iidem cives sibi et potius Templo de possessionibus quas vendiderunt nec dederunt seu aliquo modo alienaverunt nec commutaverunt in posse clericorum dertusensium et personarum religiosarum quia ipsas posessiones eiciunt de Templi jurisdiccione et de sui ipsorum convicinitate. *Item* jamdicti cives non deberent servare nec aliquatenus pati

guidagium R. de Montechateno cum ipse guidat banditos homicidas et malefactores cum ipsi non sint homines predicti R. sed tantummodo Templi nec teneatur dicto R. nisi sicut castellano vel feudatario. *Item* cum frater Dalmacius de Fenollare comendator Dertusensis quemdam libellum qui sequitur obtulit coram civibus memoratis in curia Dertusensi dixerunt se non teneri eidem respondere cujus quidem libeli tenor tale est. Proponit conquerendo frater Dalmacius de Fenollare contra P. Nicolau Jacobum Pertuigium S. Tener Berengarium filium S. Tener contra filium den Gassul et contra filium Tome Dardanos contra burdum den Cambrils burdum den Benivey burdum den B. de na Alax et contra duos filios legitimos dicti B. et contra Jacobum scriptorem filium S. Tener et contra tres filios den B. den Steve et contra filium minorem Nicolaii Fariner et contra filium Rubei Bassier et contra A. Qucio et fratrem suum et contra B. filium Stephani Tener et contra filium majorem D. Leuder et contra Ros nepotem de Na Alax dicens quod predicti convocati manu armata gladiis lapidibus et penatis venerunt ad domum den Cuera ad hoc ut verbararent vel pulsarent vulnerarent vel occiderent . . . . de Sado et fratrem suum dictam domum fregerunt expoliaverunt et expugnaverunt frangendo januas et tabulas dicte domus et in eam perteratos lapides projiciendo unde cum ex hoc inciderint in crimen legis Julie de vi publica petit eos condemnari pena predicte legis que est ut deportentur et amitant omnia bona sua vel saltim quod puniantur paccare arbitrio judicantis. *Item* quod si fortasis composicio esset inter Templum et homines Dertuse quod magister petat ab eis homagium et acci-

piat ob hoc ut nullum cognoscant alium dominum et si contradixerint nulla inde fiat composicio. *Item* cum cives predicti sint naturales homines Templi et fecerint homagium Templo nullum debent cognoscere dominum preter Templum et cum a Deo faciunt homagium R. de Montechateno faciunt illud in prejudicium Templi et contemtum. ✠*Item* si alicui mercatores mitent vel extraant aliquas mercaderies de civitate Dertuse de quibus leudam debent percipere domini Dertusenses veniet aliquis cives Dertusensis et secrete erit locutus cum extraneo mercatore dicens quod si dictus mercator eidem aliquod servitium duxerit faciendum ille homo Dertuse faciet ipsas mercaderias suas et ita domini Dertuse amitunt leudam suam. Et cum domini vel ipsorum bajuli dicunt eis civibus quod jurent quod dicte mercaderie sint sue nolunt jurare et ita domini amitunt jus suum dicentes non esse consuetudinem Dertuse quod jurent.✠*Item* facient dicti cives consorcium cum mercatoribus et hominibus alienis et ement et vendent multa absconsi de quibus Templum deberet percipere leudam et non facit et cum ipsi domini Dertuse inquirunt ipsos de veritate dicenda dicant quod totum suum est et cuando iidem domini dicunt eis quod jurent nolunt jurare et ita dominium amitit jus suum.✠*Item* jamdicti cives deberent dare domino Dertusensi quarentenum de omni fusta quam deferant de Portu et nolunt dare de mellize nec de ligno quod habeat a XX palmis ultra. Et ita amitit dominium jus suum et asserunt non esse consuetudinem Dertuse quod dent et debent dare secundum sententiam quam tulit episcopus illerdensis. *Item* si dicti cives voluerint facere aliquod statutum vel aliquod bannum ponere in civi-

tate petent a comendatore quod illud eis concedat et si comendator concedet eis quod faciant si videatur bonum R. de Montechateno ipsi facient sin autem non facient et dimitent mandatum Templi et facient mandatum R. de Montechateno tamquam si esset dominus ipsorum proprie et ita non cognoscunt dominium Templi ut deberent et facient plura hii similia et faciunt pro dicto R. qui est castlanus ac si esset dominus eorundem.

Hoc est translatum fideliter factum sub anno Domini MCCXLVII de quodam instrumento in quo sicut habetur. In Cristi nomine pateat universis quod cum questio verteretur inter fratrem R. de Serra magistrum et alios fratres domus militie Templi et nobilem Guillelm de Montechateno ex una parte et universitatem hominum Dertusensium ex altera super variis et diversis articulis hinc inde propositis et specialiter super tribus articulis quos domini Dertusenses ad jurisdictionem ipsorum pertinere dicebant. Tandem post multam et variam altercationem pro bono pacis et composicionis et ut omnes in perpetuum super premisis inter eos disensionis materia sopiretur compromiserunt stare arbitrio et voluntati mei R. Dei gratia Illerdensis episcopi in hunc modum. Sit notum cunctis quod questio vertebatur inter fratrem G. de Cardona preceptorem Gardenii tenentem locum quantum ad hanc causam fratris R. de Serra magistri militie Templi et fratrem P. Eximuz comendatorem Monssonis et fratrem Rostani comendatorem Ozce et fratrem R. de Barra et alios fratres templarios et nobilem virum G. de Montechateno Dominos dertusensium agentes ex una parte et homines dertusenses et B. Gerberti. R. de Podio. P. Jorda. J. de Alfocea. R. de No-

mine Dei. Tomam Garidelli. R. Garidel. P. de Balaguer magistrum. B. de Monte Pao. J. Carbonell. J. Vitale. B. Correger. Jo. de Moza. G. Dapiera. Rombal. B. Calza. R. Raimundi. A. Oliver. G. de Mateo. B. Azco. G. Burges. J. de Cardona. D. A. de Penedes. Tomas Correger pro se et universitate dertusense defendentes et partim agentes ex altera. Petebant siquidem predicti domini dertusenses quod homines dertusenses firmarent directum in posse suo de omnibus causis quas contra eos haberent et quod firmarent eis directum in Zuta Dertusense et quod reciperent judicem ipsorum dominorum tam universitatis quam singulorum tam criminalibus quam civilibus quas Domini haberent contra dictos homines dertusenses et tam ratione personarum ipsorum dominorum quam fratrum suorum et familie sue et ratione militum G. de Montechateno et familie sue. Petebant etiam dicti domini ab eisdem hominibus taschas barchas balnea et quintam decem dierum et trium et quod cognoscerent de mensuris civitatis utrum sint recte vel non et quod preco civitatis preconizetur per civitatem nomine ipsorum dominorum. Petebant etiam injurias et expensas in causa factas et dampna data: homines vero dertusenses a predictis dominis ex adverso petebant quarentenum unum morabetinum captivorum et tertium denariorum panis flequeriarum et toltam rationem leudarum. Tandem post multas contentiones rixas et placita pro bono pacis et amicabilis compositionis partes super omnibus supra hinc inde petitis et super omnibus aliis generaliter et specialiter pro altera partium predictarum adversus alteram posset movere ✠ usque ad presentem diem tamquam hic singulariter scriptis et positis sub pena duo–

rum milium morabetinorum. In venerabilem patrem R. Dei gratia illerdensem episcopum unanimiter compromiserunt promitentes sub comisione dicte pene quod quidquid ipse jure laude vel consilio diceret vel statueret super premisis observaretur inviolabiliter ab eisdem quam siquidem supradictam penam pars non adquiescens arbitrio voluntati sive dicto domini episcopi eidem solvere teneretur quam ipse episcopus vel retineret sibi si vellet vel daret parti acquiescenti secundum propriam voluntatem suam pro qua siquidem pena solvenda sicut supradictum est fuerunt fidejussores ex parte templariorum et G. de Montechateno nobilis viri R. Berengarii Dager. P. de Montecatano. Jacobus de Cerveria. Gauzerandus de Pinos et G. de Samata cives illerdenses. Pro parte vero hominum de Turtusa fuerunt fidejussores de predicta pena solvenda P. Sancii et Thomas de Sancto Clemente cives illerdenses. *Item* tam partes quam fidejussores omnes in simul et in solidum promisserunt tradere et tornare pignora duorum milium morabatinorum in posse domini episcopi ad mandatum et cognitionem ipsius quandocumque et quotienscumque ab eo fuerint requisiti. Renuntiantes tam partes quam fidejussores omni juris auxilio canonico et civili et consuetudini dertusensi et omnibus juribus et usaticis et consuetudinibus eis competentibus vel competituris aliqua ratione. Quod est actum V idus aprilis anno Domini MCCXL primo. Hujus rei testes sunt R. de Spelunca cononicus illerdensis. G. de Solario miles. R. Petri. R. Roci. Arnaldus de Valseguer. P. de Podio viridi. Hugo de Plomato. Aimerici de Rabastens.—Dominicus de Binefar notarius domini Illerdensis episcopi. R. mandato partium supra-

dictarum hoc compromissum scripsit et signum suum fecit.

Partibus igitur in nostra presentia constitutis productis a parte universitatis dertusensis quibusdam instrumentis et aliis documentis tam scripture ac rationabilis consuetudinis ut dicebant quam aliis quibus firmiter asserebant tam ex donationibus principum pro ut in eisdem instrumentis contineri videbatur intentionem suam et defensionem in omnibus esse fundatam quam et aliis. Inspectis etiam rationibus et allegationibus et aliis documentis quibus pars magistri et fratrum et dicti G. de Montechateno suam intentionem fundatam. Similiter asserebant super universis et singulis hinc inde petitis tam de jure quam de facto diligenter examinato negotio post plenam partium renuntiationem de earundem voluntate et expresso concenssu super premisis duximus arbitrandum ac nostram voluntatem super eisdem articulis declarandam quod quidem arbitrium fuit a partibus incontinenti amologatum seu confirmatum expresse ut super universis et singulis capitulis inferius anotatis ratum et inconvulsum inviolabiliter habeatur. Quod etiam arbitrium super eisdem capitulis nos proferendum diximus sub pena duorum milium aureorum superius comprehensa que soluta nichilominus remaneat compromisum. Et hoc idem voluntas partium confirmavit. In ✠ primis siquidem arbitrando pronuntiamus quod homines dertusenses tam universi quam singuli magistro et fratribus comendatoribus qui pro eo fuerint in Dertusa pro tempore constitutis et Guillelmo de Montechateno vel eorum vicario nomine ipsorum et omnibus successoribus eorum in perpetuum firment directum in Çuta vel civitate Dertusense ubi magis ipsi domini voluerint quandocumque et quotiens-

cumque ab ipsis velint recipere firmamentum videlicet de omnibus querimoniis et demandis criminalibus sive de crimine civiliter intentandis quas ipsi domini contra universos et singulos de universitate dertusense sive ipsi magistri et fratres comendatores dertusenses pro personis propriis sive magister vel comendator pro fratribus sive G. de Montechateno pro persona propria sive pro militibus suis aut pro filiis militum qui sint filii militum et dominarum sive pro scutiferis tam templariorum quam G. de Montechateno quos assidue duxerint equitando sive pro donatis eorundem templariorum in eorum mensa assidue comedentibus ac fratrum pannis utentibus ad vestitum sive pro morte aut gravi vulnere familie sue tam ipsi magistri et fratres comendatores vel aliqui tenentes locum eorum quam G. de Montechateno contra universos vel singulos dertusenses sive criminaliter sive civiliter duxerint proponendas. Ab hujusmodi autem dicte familie excipimus trotarios de quorum morte arbitrando dicimus quod fiat sicut de reliqua familia. De vulnere autem si fuerint vulnerati vel alia quacumque injuria afecti firment directum in curia civitatis inferius et ibi placitum agitetur. *Item* firment eis directum in eodem loco scilicet Zute sive de leudis sive de emparamentis factis ratione leudarum. Que quidem emparamenta homines dertusenses fregerint sive de redditibus ad ipsos dominos inmediate pertinentibus vellint contra universos vel singulos proponere questionem. De omnibus aliis questionibus civiliter intentandis ab ipsis dominis vel eorum vicariis firment directum homines Dertusenses in posse curie Dertusensis non in Zuta sed in civitate inferius sicut est actenus consuetum et ibidem placitum agitetur sub exa-

mine curie civitatis. Super questionibus de quibus firmabitur directum in Zuta ut dictum est agitetur placitum infra primos barbachane Çute dertusense infra primam portam et juxta eandem cum de civitate venitur ad Çutam sub examine judicis quem domini dertusenses constituerint in eisdem. Qui quidem judex a dominis Dertuse super questionibus constitutos justo recto ac fideli judicio primo secundum usaticos Barchinone postmodum secundum rationabiles consuetudines civitatis Dertusensis vel alias sicut consuetum est actenus dirimat inter ipsos cives et dominos dertusenses per dictas criminales sive cum de crimine civiliter agitur questiones. *Item* arbitrando dicimus quod homines dertusenses habeant barchas pasagii cum passagio franquas et liberas quod domini dertusenses nullum jus sibi vendicent in eisdem quibus perpetuum imponimus silentium nec alias possint habere vel construere barchas quorum occasione vel causa redditur barcharum universitatis hominum dertusensium vel jus eorundem in aliquo lederetur. Habeant tamen domini dertusenses et eorum familie passagium in easdem barchas tam civitatis quam Cherte liberum absque aliquo precio et expensa tam in rebus quam personis et habeant et percipiant X mazminas annis singulis pro definicione predictarum barcharum quas mazminas universitas dertusensis eisdem assignet in loco tuto et idoneo ubi ipsarum percepcio perire non possit. Balnea vero ad construccionem et refeccionem murorum pertineat civitatis quibus fuisse deputati noscuntur quorum redditus sive proventus expendatur in fabrica eorundem juxta arbitrium duorum proborum hominum civitatis qui eos recipiant quorum necligentia vel culpa corrigantur per cu-

riam et probos homines civitatis. Imponentes silentium ipsis dominis et super ex ipsis preceptis. *Item* arbitrando pronuntiamus quod homines dertusenses universi et singuli qui ex speciali dominatione regum aut dominorum terras in montanis posidere noscuntur eas franchas et liberas habeant et posideant suo jure pacifice et quiete et eas possint aut quicumque voluerint dare aut quocumque titulo cultas et incultas pro voluntatis arbitrio collocare. Illi quoque qui terras incultas in eisdem montaneis sua cura et sumptibus ad novam reduxerint culturam eas similiter habeant et possideant franquas liberas et quietas. Et eas similiter possint dare aut pro voluntatis arbitrio collocare. *Item* tamen quod coloni qui eas perceperint excolendas si de terris ipsis sit questio in posse dominorum qui ipsas terras dederint excolendas firment directum sub eis que placitum agitetur. Si vero super aliis inter colones et dominos vel inter ipsos colones vel inter collones et quoscumque alios questio oriatur firment directum in pose curie Destusensis et ibidem placitum agitetur. Illi vero qui nec speciali donatione nec cura sua ad culturam novam terras reduxerint sed quasi autoritate propia sibi jus in eisdem vendicabant nichil habeant in eisdem et hujusmodi hominibus super illis terris perpetuum duximus silentium imponendum nisi forte eas vellint de nova excolere et reducere ad culturam. *Item* arbitrando dicimus quod cum ad mandatum curie Dertusensis pignora a debitoribus capiuntur id observetur de X diebus et tribus quod est actenus observatum ita quod domini vel eorum vicarii non possint quintam vel aliquam partem exigere pro eo quod debitores confitentes debitum ad solutionem compellunt licet si forte necesaria

post XIII dies judicialis compulsio sive execucio facienda. *Item* arbitrando dicimus quod homines dertusenses justas et rectas habeant mensuras ac stateras tam in dando quam in recipiendo et flequerie panem rectum et justi pensi faciant in quibus omnibus si penes aliquos vel aliquas fuerint reperta falsitas per curiam civitatis et probos homines corrigatur qui si inventi fuerint negligentes eorum negligentiam et culpam domini Dertusenses corrigant et emmendent ac percipiant ab eisdem flecuariis pro falsitate comisa sine aliqua diminutione id quod modo noscitur observare. Addicimus etiam quod preco nomine dominorum et proborum hominum civitatis in eddictis bannis et ceteris que spectant ad preconis oficium publice vocem emitat cum in his non videatur dominis aliquod prejudicium generari. *Item* arbitrando dicimus quod quarentenum quod domini consueverunt recipere in farina et blado de cetero non percipiant nec aliquid jus sibi vendicent in eodem et homines Dertusenses ad ejus collatione pronuntiamus de jure non teneri cum videatur introductum fuisse in periculum animarum. Hoc idem in exactione que tolta vulgariter nuncupatur sive leuda quam domini Dertusenses sibi ratione bestiarii injuste et irrationabiliter vendicabant. Similiter arbitrantes in quibus quidem quarenteno et tolta eisdem dominis perpetuum duximus silentium imponendum hominibus dertusensibus super preceptis de quarenteno et tolta a dominis perpetuum silentium imponentes. *Item* dicimus arbitrando quod pro inventione sarracenorum fugitivorum qui sint vel fuerint civium dertusensium domini nichil de cetero percipiant ab inventoribus super ea que percipere consueverant eis silentium imponentes. *Item* arbi-

trando promitimus et declaramus voluntatem nostram quod omnes injurie et demande remitantur seu etiam questiones hinc inde quas domini dertusenses contra universos vel singulos de universitate vel universitas contra eos usque in presentem diem movere poterant aliqua ratione et ipsis super illis perpetuum silentium duximus imponendum. Universos et singulos de universitate dertusense et predictos dominos a predictis injuriis questionibus et demandis penitus absolventes. *Item* quid pro supradictis questionibus et demandis domini dertusenses multas sicut dicitur in lite prosequenda fecerant expensas universitatem dertusensem eisdem in DCC maciminis similiter condemnamus. *Item* arbitrando dicimus quod domini dertusenses confirment laudent et aprobent omnes libertates consuetudines et donationes quas ex donationibus principum aut prescriptione longissima actenus habuise et tenuisse noscuntur salvis universis et singulis que superius sunt expressa. Quod est actum VIII idus marcii anno Domini MCCXL primo.—Sig✠num R. Illerdensis episcopi. Sig✠num fratris R. de Serra magistri milicie Templi. Sig✠num Guillelmi de Montechateno. Sig✠num fratris G. de Cardona preceptoris Gardeni. Sig✠num fratris Poncii de Vulterra preceptoris Miraveti. Sig✠num fratris Bernardo do Boscho preceptoris Dertuse. Sig✠num fratris Dominici preceptoris Açconis. Sig✠num fratris Roslant preceptoris Oççe. Sig✠num B. Girberti. Sig✠num R. de Podio. Sig✠num P. Jordani. Sig✠num J. de Alfocea. Sig✠num R. de Nomine Dei. Sig✠num Tome Garidel. Sig✠num R. Garidel. Sig✠num P. de Balaguer. Sig✠num magistri B. Sig✠num Br. de Montpao. Sig✠num J.

Carbonel. Sig ✠ num J. Vital. Sig ✠ num Berenguer Correger. Sig ✠ num Johannis de Maza. Sig ✠ num F. Dapiera. Sig ✠ num R. Raimundi. Sig ✠ num B. Azco. Sig ✠ num Domignelli A. de Penedes. Sig ✠ num Rambaldi. Sig ✠ num A. Oliveri. Sig ✠ num G. Burges. Sig-✠ num A. de Penedes. Sig ✠ num B. Calza. Sig✠num G. de Montechateno. Sig ✠ num G. de Cardona. Sig✠ num G. Correger.—Qui omnes supradictii tam domini pro se et successoribus suis quam cives pro se et tota universitate Dertusense et eorum successoribus hanc sententiam unanimiter aprobarunt et eam se promiserunt sicut supradictum est inviolabiliter servaturos.

Remembranza de hominibus qui venerunt ad portam castri cum armis et muniti. In primis Samso de Lobregato. Raimundus de Berengata. B. R. Garidel. F. de Bas filius. P. Bruni filius Matiani servictus h°. B.° Colteler filius den Moles. Filius den Sobreval. Lo marit den Na-Çimona filius den Torner de Za Rambla. Lo fill den Filip de Remolins. Lo marit de Na-Aldoverona viuda qui fo den Samso de Lobregat. En Rosset Michel de Bicen. Mateu fill de Na-Servera. En Seguret. Lo major fill de Na-Segura. Lo fill den R. Carbonel lo menor. En Mascaros e Guerau Samaler. R. Jorda.—R. Galet.—Pasqual de Solsona.—B. Dalcea.—Jo. de Novelles.—Ja. Tomas.—P. Tomas.—R. Tomas.—B. Tomas.—Jo. de Manresa.—B. R. Pinyol.—R. Garidel.—B. N. Garidel son fil.—F. de Bas. G. de Penedes.—A de Valmol.—G. Pere.—P. Bru.—Roc den Esteve.—B. Dalcaraz.—G. Carbo . . . . de Penedes.— . . . Caldarer.—R. Caldarer.—P. Queral. — . . . Metge.— . . . . . Na-Alax. . . . . . . Treita . . . . Ros-

siol.—Isti contradicunt quod non scribantur consuetudines. —G. de Montblanch.—Rog de Villalbi.—P. Navare.—Garcia Perez.—P. de Villabi.—P. de Manresa.—D. Daltezea.—R. Mercer.—Nicolau Fariner.—Pere de Sarete. —D. Serra.—R. de Ripal jove.—P. de Ripal.—Jo. de Fontannes.—D. de Fontannes.—P. de Alcocea.—Jaume Escriba.—P. Macip.—P. Escriba.—En Guardia.—Ermengou.—Rosch Pellicer.—A. Orella.—P. Tort.—Bernat Caver.—G. de Sen Feliu.—En Berdet.—F. Monnet.—R. Tos.—G. Lorigo.—En Grinyo.—Jo. Gili.—Bernat Alzina. —P. Oliver.—P. Siffre.—A. Oliver.—Nicolau Baro.—F. Arayola.—G. de Na-Aleu.—B. Calderer.—Guerau Dapiera.—R. de Tala.—F. Correger.—G. Dardenos.—B. de Cambrils.—En Xicot.—A. Negre.—B. N. Maz.—A. Zes Moles.—En Payanot.—P. Gil.—En Sent Marti.—En Perico.—Senyor de Lerin.—A. R.—En Mezina.—Gerau Burges.—B. Sagrista.—Estalierola.—R. Tricha.—Noscos.—Berenguer de Picapedras.—P. Nicolao.—En Caldero.—En Baldovi.—F. Zasoret.—G. F.—P. Mabili.—P. Dalbi.—R. Astrus.—R. Mercet.—En Catala Carnizer.—Pasqual de Calaf.—A. de Miralles.—F. Monet.—Michel Amigo.—Jo. Gili.—A. Dez Castel.—G. Baquer.—Andreu de Aliaga.—Miquel Taragana.—A. de Reus.—R. Garidel jove.—P. Albert.—Isti volunt quod consuetudines scribantur.

(A). . . . .
. . . .

(A) El documento que sigue aqui, tiene sobre catorce líneas enteramente borradas é ininteligibles, pudiendo leerse tan solo su final que es indudablemente de una bula pontificia, acaso de Urbano IV, y es como sigue:

. . . .
. . . . tribuitur et prefate jurisdictioni dictorum magistri et fratrum non modicum derogatur. Quare humiliter petebant a nobis ut cum hujusmodi licentia per quam dictis civibus usus bonarum consuetudinum reservatur ad pravas et antiquas consuetudines extendi non debeat maxime quia de intentione dicti episcopi hoc non videtur aliquatenus processisse dictos cives dertusenses quod predictis et aliis consuetudinibus que absque interitu salutis eterne servari non possunt ab eadem civitate ipsorum penitus profligatis verum si ad illarum observantiam se juramento prestito astringerunt eas observare vel ipsarum pretextu dictam jurisdictionem eorundem magistri et fratrum in hiis que ad justitiam pertinent impedire de cetero non contendam compeli per discreto aliquos mandaremus. Quo circa fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis quod justum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari pro viso ne in universitatem Dertusensem excomunicationi vel interdicti sententiam proferas nisi a nobis super hoc mandatum receperis especiale. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint censura simili appelatione cesante compellas veritati testimonium perhibere. Data Viterbii idus octobris pontificatus nostri anno primo.

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo Cesar-Augustano salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii magister et fratres militie Templi Aragonis et Cathalonie sua nobis petitione monstrarunt quod

olim inter ipsos ex parte una et cives Dertusenses ex altera super temporali jurisdictione civitatis ejusdem que ad ipsos magistrum fratres plene ac libere pertinet et aliis diversis articulis orta materia questionis fuit tandem super hiis in bone memorie Illerdensem episcopum tanquam in arbitrum sub certa pena concorditer compromisserunt qui taliter exercuit arbitratus quod hujus jurisdictio penes eosdem magistrum et fratres totaliter remaneret. Ita tamen quod dictis civibus uti liceret illis bonis consuetudinibus quibus cives Barchinone utuntur et aliis quibus uti consueverunt cives dertusenses jamdicti. Porro iidem cives dertusenses asserunt in prefata civitate de consuetudine obtentum existit et nullus pro aliquo crimine quantumcumque notorio puniri possit nisi aparuerit legitimus acussator qui ad penam talionis inscribat et quod in aliqua causa nisi criminale fuerit non compellantur testes ad perhibendum testimonium veritati sicque predicti cives dertusenses hujusmodi pretextu arbitri contendunt uti hujusmodi consuetudinibus et nonnullis aliis juri contrariis per quos eorundem magistri et fratrum jurisdiccio enervatur. Quare fuerit ex parte ipsorum magistri et fratrum nobis humiliter suplicatum ut super hoc providere paterna diligentia curaremus. De tua itaque circunspectione plenam in domino fiduciam obtinentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi facias tibi dictas consuetudines in scriptis ab ipsis civibus dertusensibus exiberi et aprobes quas de jure videris aprobandas reliquis sicut justum fuerit reprobatis contradicentes per censuram ecclesiasticam apellatione postpositam compescendo non obstante constitutione de duabus dictis edita in

consilio generali dummodo infra ipsos ipsi magistri et fratres jus suum super hoc comode assequi nequeant et ultra tertiam vel quartam aliquis accionem presentium extra suam diocesim ad judicium non trahatur. Datum Viterbii X kalendas maii pontificatus nostri anno primo.

Usen los ciutadans de Tortosa que de nenguns clams que age laun del altre de feit de possessio non donen possessio e axi semblans per la senyoria pren a gran tort com non done justicia axi com de les altres coses.

LXII.

Perg. nº 1.
fol. 16.
27 ene. 1150.

In nomine sancte et individue Trinitatis: Hec est vera pax et firma convenientia ac perpetua concordia que ex consultu sume divinitatis ad honorem Dei et totius christianitatis est facta et corroborata inter illustrem Ildefonsum imperatorem Ispanie et filium ejus regem Sancium et venerabilem Raimundum comitem barchinonensium que ita se habet. In primis omnes querimonias et omnes clamores ac omnes offensas quas inter se quolibet modo usque hodie habuerunt per bonam fidem sine malo ingenio sibi indulgent et perdonant. Concordati quidem sunt et faciunt placitum de omni honore illo et tota terra illa scilicet civitatibus castellis villis montibus et planis desertis et populatis que omnia rex Garsias die illo quo mortuus est tenebat et possidebat. Hec autem convenientia finis et con-

cordia talis est ut predictus imperator habeat ex prenominata terra Maragno et totam aliam terram quam Ildefonsus rex avus illius illo die quo obiit ultra Iberum ex parte Pampilone tenebat. Predictus vero comes barchinonensis habeat de cetera terra quam predictus rex Garsias tenebat totam illam terram integriter que regno aragonensi pertinet aliam quoque terram Pampilone pro qua rex Sancius et rex Petrus Ildefonso regi legionensi hominium fecerunt predictus imperator et prenominatus comes habeant equaliter per medium et pro illa medietate quam prenominatus comes habebit faciat idem comes predicto imperatori Ildefonso tale hominium quale rex Sancius et rex Petrus Ildefonso regi avo predicti imperatoris Ildefonsi fecerunt. In illa medietate imperatoris sit Estella. In medietate vero comitis sit Erunnia civitas sed cum ipsi venerint ad divisionem utraque scilicet Stella et Erunnia in divisione illa suum obtineant valorem. Civitatem vero Tutele cum suis pertinentiis et castella illa cum suis pertinentiis que quondam rex Garsias vel homo per eum tenebat que sunt citra Iberum versus Montem-gaudii habeant similiter per medium et dividant equaliter exceptis illis castellis que comitis fuerunt. Preterea predictus imperator et prenominatus comes se invicem conveniunt et faciunt placitum et concordiam de terra Ispanie quammodo sarraceni tenent ut comes habeat civitatem Valenciam cum omni terra illa que durat a flumine Xuchari usque ad terminum regni Tortose et habeat similiter civitatem Deniam cum omnibus suis pertinentiis et cum omni illo dominio quod tempore sarracenorum ipsi sarraceni habeant. Tali pacto ut habeat predictas civitates prelibatus comes per jam-

dictum imperatorem per tale hominium quale rex Sancius et rex Petrus Ildefonso regi avo predicti imperatoris Ildefonsi fecerunt pro Pampilona. *Item* predictus imperator donat jamdicto comiti et modis omnibus concedit civitatem Murciam et totum regnum ejusdem excepto castro de Lorcha et castro de Bera cum omnibus eorum terminis tali convenientia ut predictus imperator adjuvet prelibatum comitem per bonam fidem sine fraude predictam civitatem Murciam et totum regnum ejusdem adquirere et lucrari et adquisitam et lucratam teneat eam et habeat predictus comes per prenominatum imperatorem eo modo quod habet per eum civitatem Cesaraugustam et regnum ejus. Si vero imperator propter infirmitatem aut justum et cognitum impedimentum in quo nullus dolus interesset predictum comitem adjuvare non posset nullum ex hoc imperator paciatur incomodum sed de quantocumque comes adquirere poterit de Murcia et ejus regno ita habeat per imperatorem sicut habet Cesaraugustam et regnum ejus. Sed si imperator predicto comiti eandem civitatem et regnum ejus adquirere et lucrari sine dolo non adjuvaret aut adjuvare nollet et ipse comes eandem civitatem et regnum ejus vel aliquid de eis quoquomodo adquirere poterit quicquid inde adquisierit habeat per jamdictum imperatorem eo modo quo habet Valenciam. De duabus partibus Pampilone quas comes in prima convenientia quam cum imperatore contraxerat accepturus erat quas modo in hac convenientia quam invicem faciunt predicto imperatori comes ad medietatem reducit accipit imperator comitem in suo bono causimento quod comiti sit congruum. Ego sepedictus imperator et filius meus rex Sancius preterea con-

venimus tibi predicto comiti ut a primo festo Sancti Michaelis in antea fideles adjutores erimus tibi per bonam fidem sine engan de omni supradicta terra quam rex Garsias quondam tenebat ad adquirendam et lucrandam quam nos suprascripto partituri convenimus et quantumcumque interim nos vel aliqui per nos de supradicta terra adquisiverimus et lucrati fuerimus et ab ipso termino in antea quocumque modo lucrari poterimus et adquirere fideles tibi erimus et equaliter dividemus tecum per medium. Hec omnia supradicta per fidem sine engan tibi attendere et adimplere convenimus nisi infirmitas vel justum et cognitum impedimentum intervenerit. Et ego Raimundus comes barchinonensis vobis imperatori et filio vestro regi Sancio simili modo attendere et adimplere convenio. *Item* ego Raimundus comes convenio tibi regi Sancio ut omnem honorem tam Ispanie quam christianorum quem per patrem vestrum imperatorem teneo vel in antea per convenientias que inter me et ipsum sunt habere spero si prenominatus pater vester obiret ita per vos accipiam sicut habeo per patrem vestrum et illud hominium et easdem convenientias quas illi exinde feci vobis faciam sine engan et si quod absit vos mori contigeret fratri vestro regi Ferrando similiter attendere et adimplere promitto eo quod ipse in eisdem convenientiis michi staret. Et ego imperator tibi comiti convenio quod ab hac prima festivitate Sancti Michaelis in antea quantumcumque cognoveris et volueris tam per tuum profectum quam per nostrum predictus filius meus rex Sancius filiam Garsie tenebit. Deinde vero quandocumque volueris et me comonueris per te vel tuos nuncios statim sine aliquo interdictu eandem filiam Garsie filius

meus rex Sancius penitus dimittet et a se separabit nunquam eam amplius quolibet modo recuperaturus. Ego autem rex Sancius vobis Raimundo comiti barchinonensi sicut pater meus vobis convenit ita ego per omnia adimplere convenio scilicet quod predictam filiam Garsie dimittam et a me separabo nec in perpetuum eam recuperabo nec aliquo modo eam michi associabo quando vos volueritis et me per vos aut per vestros nuncios commonueritis. Supradicta quoque omnia placita scilicet et convenientias que superius ordinate et scripte sunt convenit predictus imperator jamdicto comiti Raimundo attendere et per omnia adimplere per bonam fidem sine engan unde dat ei suam bonam fidem et suam veram credenciam et recipit eum in illo dominio et hominio quod est inter eos. Simili autem modo Raimundus comes barchinonensis dat imperatoris suam fidem et suam credenciam et ponit istud in eo dominio quod est inter eos. Hoc idem convenit predictus comes jamdicto regi Sancio et dat ei suam fidem et suam credenciam et propter hoc facit ei hominium suis propriis manibus. Simili namque modo rex Sancius convenit predicto comiti barchinonensi et dat ei suam bonam fidem et suam firmam credenciam et propter hoc facit hominium sepe dicto comiti suis propriis manibus quod eo faciunt quod sic faciant et attendant per bonam fidem sine engan sicut superius scriptum est. Preterea ego imperator Ildefonsus et filius meus rex Sancius per predicta placita et convenientias que inter nos et vos superius scripte sunt solvimus tibi et impigneramus illa quatuor castella que per nos tenes nominatim Alagonem Riclam Mariam et Belxid cum omnibus eorum dominationibus et terminis eo modo quod

si placita et conveniencias sicut inter nos et vos superius scripte sunt tibi non attenderemus et adimpleremus predicta IIII castella in tuam potestatem incurrerent et per alodium et per hereditatem quod ea te nullo modo repetere possemus nec per hominium nec per aliquas convenientias quas inde nobis fecisses donec plenarie tibi restitueremus per laudamentum et consilium meorum proborum hominum et vestrorum qui inde comune bonum inquirere vellent. *Item* super hec omnia ego imperator tibi comiti convenio quod sicut erat ordinatum et comprehensum inter nos et vos de honore Pampilone scilicet quod tu haberes inde duas partes et ego tertiam si predictas istas convenientias et placita tibi infringerem et non attenderem illas easdem duas partes habeas in terra illa sine aliquo interdictu mei vel meorum quod ego vel aliquis per me tibi facere posset modo vel omni tempore. Et propter hoc quod nullus inter nos et te aliquod malum verbum pro quo discordia interveniret dicere possit ego imperator et filius meus rex Sancius convenimus tibi predicto comiti quod aliquem hominem de terra tua nec retineamus nec adjuvemus in aliquo contra tuam voluntatem aliquo modo per fidem sine engan. Et ego Raimundus comes simili modo convenio vobis imperatori et filio vestro per fidem sine engan. Hec quidem supradicte convenientie et placita fuerunt confirmata et corroborata in loco qui dicitur Tudilen juxta Aguas-Calidas VI kalendas februarii anno ab incarnatione Domini MCL in presentia nobilium virorum inferius subscriptorum qui predicta omnia suo sacramento confirmaverunt. Juro ego comes Poncius tibi Raimundo comiti barchinonensi quod sicut predicte convenientie et placita inter imperatorem Il-

defonsum et filium ejus regem Sancium superius scripta sunt et ordinata sic imperator predictus et filius ejus rex Sancius facient et attendent predicto comiti per omnia per Deum et Sancta quatuor evangelia. Simili modo ego Gonterriz Ferrandus juro et confirmo. Simili modo ego Poncius de Menerba juro et confirmo. Ex parte vero comitis ego Arnallus Mironis comes de Palars juro tibi imperatori et filio vestro regi Sancio quod sicut predicte convenientie et placita inter vos et comitem superius scripta sunt et corroborata sic predictus comes vobis faciet et attendet per omnia per Deum et Sancta quatuor evangelia. Simili modo ego Guillelmus Raimundi Dapifer juro et confirmo. Nos omnes supradicti sumus hujus rei testes et juramus hec omnia per fidem sine engan. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num imperatoris. Rex Sancius ✠. Poncius Barchinonensis Ecclesie decanus scripsit hec die et anno quo supra ✠.

LXIII.

Perg. nº 229.
Set. 1130.

Sit notum omnibus quoniam ego Raimundus comes barchinonensis ac Provincie marchio debeo tibi Guillelmo Ibiloci sex milia morabatinos et quadringentos et convenio tibi reddere eos de ista paria Ispanie quomodo aferet Bertrandus de Castelet: quam si non haberem modo reddam tibi eos ad primum festum Sancti Andree: quos si tibi tunc

non redderem mito tibi plevios A. de Lercio et R. de Podioalto et G. de Jorba et B. de Belog qui ex tunc redirent in tuam potestatem tuam cum per te vel tuos comoniti essent ubi eos venire mandares et a te non discederent donec pachatus esses: et si tibi totum non attenderetur sicut superius est dictum aut predicti plivii mentirentur ex tunc teneas et possideas pro pignore quidquid habeo aut aliquis per me in Camarges et quitquid habeo in ipsa Silva aut aliquis per me et quitquid habeo in Tarascone et in territorio ejus aut aliquis pro me et quitquid habeo aut aliquis per me in Sancto Remigio vel in territorio ejus quousque ego aut nepos meus Raimundus Berengarii reddam tibi vel reddant sex milia morabatinos et quadringentos sine tuo engan. In isto debito non sunt centum et viginti quinque marche argenti quas tibi debeo pro fratre meo pro quibus tenes in pignere ipsa navigia que ascendunt de Belchaire in susum. Facta carta mense septembre anno ab incarnatione Domini MCL.—Sig✠num Raimundi comes.—Sig✠num Arnaldi de Lerc.—Si✠num Bernardi de Belog.—Sig✠num Raimundi de Pugalt. —Sig✠num Geralli de Jorba.—Sig✠num Poncii qui hoc scripsit.

LXIV.

Perg. n.º 4
del A.
2 nov. 1150.

Hoc est translatum fideliter sumptum vicesima octava die mensis marcii anno a nativitate Domini M°CCC° quinquagesimo nono a quodam publico instrumento cujus tenor talis est. Anno ab incarnatione Domini nostri Jhesuchristi M°C°L° era M^aC^aLXXXVIII^a indictione XIII^a quarto nonas novembris feria V^a precibus et instinctu dompni Poncii abbatis ecclesie Sancti Johannis cenobii Rivipullensis venit venerabilis Petrus ausonensis episcopus cum suo clero et reverentissimus Berengarius gerundensis episcopus et Guillelmus barchinonensis episcopus quos supradictus abbas Poncius convocabit ad dedicandam prephatam Sancti Johannis ecclesiam. Fulti igitur presentia et consilio religiosorum virorum Petri Sancte Marie Rivipullensis abbatis Gaufredi abbatis Sancti Rufi et Raimundi arulensis abbatis et Bernardi bisullunensis abbatis aliorum quoque magnatum nobilium et sapientium virorum confirmaverunt et laudaverunt eidem ecclesie quicquid autenticis romanorum pontificum privilegiis vel episcoporum concessionibus vel largitione regum ac principum seu quorumlibet dono vel oblatione fidelium juste adquisierat vel quolibet modo usque in finem seculi juste adquisierit in quibus hec proprie adnotaverunt videlicet in episcopatu ausonensi ecclesiam sanctorum Johannis et Pauli cum decimis et primitiis et oblationibus et omnibus per-

tinentiis suis: ecclesiam Sancti Martini de Surrocha similiter: ecclesiam Sancti Martini de Aguaza similiter: ecclesiam Sancti Ilarii de Vidrá similiter cum pertinentiis suis: ecclesiam Sancti Pauli de Segurijes similiter: ecclesiam Sancti Juliani de Vallefecunda similiter: ecclesiam Sancti Bartholomei de Ladess similiter: ecclesiam Sancti Cirici similiter: ecclesiam Sancti Petri de Mogrog similiter cum membris suis. Et in episcopato gerundensi ecclesiam Sancti Salvatoris de Biania similiter cum membris suis: ecclesiam Sancti Romani de Joneres similiter: ecclesiam Sancte Lucie de Podiomalo similiter. Et in episcopato elnensi ecclesiam Sancti Petri de Beliet similiter: ecclesiam Sancti Stephani de Pruneto similiter: cellam quoque Sancti Nicholai. Decreverunt insuper et confirmaverunt ut in eadem cenobio regularium clericorum vita et ordo secundum privilegia et institutionem romanorum pontificum Benedicti Urbani Paschalis et Inocentii perhenniter observetur: libertatem quoque suam in omnibus omnino locis causis et negotiis suis in quibuscumque eam jure habebat vel habere debebat similiter corroboraverunt. Horum igitur omnium adjutorem et observatorem de parte Dei omnipotentis et Sancti Johannis Babtiste et aliorum sanctorum et sua benedixerunt et in perpetuum salvus fieret domini clementia imploraverunt. Siquis autem quod absit ausu temerario effrangere vel violare quolibet modo hoc quod superius ab eis constitutum est vellet hunc a liminibus sancte Dei ecclesie extraneum judicaverunt et ab omni consortio christianorum illum segregaverunt atque de parte Dei omnipotentis et Sancti Johannis Babtiste illum excomunicaverunt donec digna plenitudine Deo et beati Johanni satisfaceret insuper et lega-

lis illum pena coherceret et sacrilegii censura constringeret et in antea hec dos constitutionis eorum stabilis et inconvulsa permaneret. Petrus Dei gratia ausonensis episcopus subscribo. Berengarius Dei gratia girundensis episcopus. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. Si✠num Berengarii girundensis archidiaconus. Bisullunensis probat hanc kartam. Guillelmus ✠. Guillelmus gerundensis ecclesie capiscole. Arnallus de Rogationibus laudat. Sig✠num Bernardi Tarrachonensis archiepiscopi. Signum Guillelmi vicensis primicherii. ✠ Scriptis favet archidiaconus istis ✠ Guillelmus prior Stagnensis ecclesie ✠. Scripta libens ista Petrus confirmo sacrista. Bertrandus Cuncta. Bernardus sacerdos ✠. Bernardus de San firmo ✠. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Petri Dei gratia rivipollensis abbatis. Ego Gaufredus ecclesie Sancti Ruphi servus subscribo. Scripta per manus Arnalli presbiteri fratris monachi cum literis superpositis in linea VI^{a} et VIII^{a} et VIIII^{a} et emendatis in III^{a} linea die et anno ✠ quo supra.—Ego Petrus de Montelauro judex ordinarius monasterii Sancti Johannis de Abbatissis ét totius honoris ejusdem huic translato a suo originali publico instrumento rite et legitime sumpto auctoritatem meam judiciariam interpono pariter et decretum manu mea propia subscribendo. — Ego Arnaldus Martini publicus notarius Sancti Johannis de Abbatissis qui hoc translatum a suo originali fideliter sumptum et cum eodem de verbo ad verbum legitime comprobatum et autenticatum sive auctorizatum ut supra patet per dominum judicem antedictum scripsi die et anno quibus supra et clausi et hoc signum feci. Et constat de literis suprascriptis in linea XII^{a} ubi dicitur observetur.

LXV.

Perg. nº 249.
30 abr. 1151.

Hec est memoria que facta est inter Raimundus comes barchinonensis et princeps aragonensis et domina Taresa de Boria. Convenit namque domina Taresa ad jamdictum comitem ut donet ei potestatem de Boria et de toto alio honore irata et pagata per quantas vices ei comes demandaverit per se aut per suos nuntios vel nuntium per bonam fidem sine engan sine ullo retinimento excepto sancta cruce. Et convenit dominus comes ad jamdicta domna Taresa que teneat eam illo honore in vita sua et post obitum suum ad qualicumque dimiserit de suos parentos vel parentas que habeant et teneant eam pro illo comite. Similiter convenit dominus comes ad predicta domna Taresa que faciat eam soltare ad seniores milicie Templi et seniores Ospitali usque ad festivitatem Sancte Marie de mediante agusto prima qui veniat. Et si illos supranominatos seniores noluerint advenire cum dominus comes quod comes stet eis ad directum et si illos noluerint accipere directum domna Taresa stet ad comite in supradicta convenientia. Et si dominus comes non potuerit guarire per rationem vel directum de senioribus prenominatis quod soltet ad domna Taresa Boria cum sua honore et illo hominio quod ei fecit. Et domna Taresa que reddat ad comite ipso honore et avere que accepit de illo. Facta memoria era millessima

LXXXVIIII in illa azuta de Boria die jovis postero de aprile. Sunt visores et auditores et testes de hoc super scriptum comite de Paliars et Bertran Reimbal et Rostan Porcellet et Guilielmum de Castel vielg et Garssia Ortiz et Raimon de Pui alto et Fortunio Acenariz de Tarazona et Bernard de Mont esquivo Robert de Matalon et Alaman de Luna et Petro Medalia justicia de Tarazona et Ennec Sanz de Burbacana et Rodlan de Squels et Fortunio Sanz de Bera et Petro de Sancta Cruce et Sancio Abarca et Gazco de Fillera et Ato Bauzones et Ennec Sanz de las Serras et Belenguer Arnal et Pere de Montagut et multi alii qui ibi aderant. Et ego Andreo scriptor hanc cartam scripsi et hoc signum ✠ feci.

LXVI.

Perg. nº 236.
21 jul. 1151.

Sub eterni regis nomine : Hec est firma concordia ac spontanea diffinitio que facta est inter illustrem Raimundum comitem barchinonensem et aragonensium principem et inter venerabiles fratres sancte milicie Templi Iherosolimitani tam cismarinis quam ultramarinis partibus comorantes tam presentes quam futuros super castro de Boria et omnibus terminis ac pertinentiis ejus et super castro de Magallon et omnibus terminis ac pertinentiis ejus et super omni honore quem Petrus Taresa tenebat. In primis predicti fratres jamdicte milicie pari voto communi voluntate

diffiniunt et dimittunt jamdicto Raimundo comiti barchinonensi illam donationem sive concessionem vel laxationem quam Petrus Taresa prenominate milicie fecit de supradictis castellis et honoribus ac pertinentiis omnibus et absolvunt atque omnino deliberant domnam Taresam matrem jamdicti Petri ab omnino et fidelitate quam inde fratribus predicte milicie fecerat ut ab odierno die in antea predicta domna Taresa ab ipsis milicie fratribus presentibus vel futuris ob hoc non requiratur aut inquietetur in perpetuum ita dumtaxat ut predicta Taresa et sui heredes prenominato comiti et suis heredibus inde atendant et in eorum fidelitate jugiter perseverent. Propter hanc definitionem atque absolutionem superius comprehensam jamdictus comes barchinonensis princepsque aragonensis bono animo ac spontanea voluntate in remissione suorum peccaminum et salute anime sue donat atque concedit jamdicte milicie et omnibus fratribus presentibus atque futuris ipsum castrum et villam quod dicitur Ambel cum omnibus terminis et pertinentiis ejus et castrum et villam quod dicitur Alberith cum terminis et pertinentiis suis et Cabannas que sunt inter Novellas et Malleu cum terminis et pertinentiis suis. Laudat etiam atque concedit ejusdem milicie fratribus ipsam commutationem vel excambiationem quam predicti fratres militie Templi fecerunt cum Ospitali Iherosolimitano de Malleu per Novellas. Et sicut prephata castra et ville terminantur et suis undique afrontationibus ambiuntur ita donat et laudat jamdictus comes supradicta omnia potenter et integre prelibate milicie et fratribus universis in hereditate propria franca et libera et ingenua cum omnibus eorum pertinentiis et cum omnibus in se exis-

tentibus vel ad se qualicumque modo pertinentibus cum appulatis et heremis cum aquis et aqueductibus cum pratis et paschuis montibus et planis cum omnibus ingresibus et egressibus sicut comodius et utilius ad Dei honorem ac prephate milicie utilitatem intelligi potest vel nominari bona fide absque malo ingenio. Si qua autem persona presentem donationem atque diffinitionem disrumpere vel infringere temptaverit in duplo eam componat et hec donationis sive diffinitionis scriptura omni tempore maneat firma. Que facta est apud Barchinonam in manu dompni Petri de Castiliano tunc magistri Barchinone et Aragonis nobilisque Beg magistri Provincie ac fratris Rigalli vicarii qui tunc Novellas tenebat nec non et fratris Frodolonis ac fratris Eimerici de Torreies et fratris Poncii Dolon fratrisque Guillelmi Dalbax et aliorum fratrum cum predictis fratribus commutantium XII scilicet kalendas augusti anno ab incarnatione Domini millesimo CLI. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Peronelle regine aragonensis que hoc laudat et firmat. Hujus rei sunt testes visores et auditores Arnallus Mironis comes palearensis: Guillelmus Raimundi Dapifer: Garcia Ortiz: Bernardus de Belog: At Orella qui hec viderunt et audierunt et propriis manibus confirmaverunt. Sig✠num domne Tarese que hec laudat et propria manu confirmat. Sig✠num Raimundi de Pugalt. Sig✠num Arnalli de Lertio. Sig✠num Raimundi de Villa de muls. Sig✠num Garcia Ortiz. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Arnalli Mironis comitis palearensis. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num At Orella. Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit die annoque prefato.

LXVII.

Perg. n°237.
23 jul. 1151.

Hoc est judicium quod datum est in curia dompni Raimundi comitis barchinonensis Dertose Ilerdeque marchionis et aragonensium principis ac Provincie ducis super querimoniis et responsis fratrum Ospitalis Iherosolimorum et Reamballi fratris Guillelmi Umberti de Basilia de controversia que erat inter eos de divisione et partitione honoris Montis-siqui quem videlicet honorem prelibatus Guillelmus Umberti in vita sua cum auctoritatis sue instrumentis prescriptis Ospitalis fratribus diligenter tradidit et postmodum moriens in testamento suo jamdicto Ospitali evidenter asignando confirmavit. Auditis utriusque partis rationibus et scripturarum perlectis instrumentis et diligenter ventilatis atque discussis quia pars Reamballi recognovit in jure quod domus Ospitalis debebat habere medietatem totius honoris Montis-siqui et quia Reamballus in assercione sua dicebat se deceptum fuisse prius in divisione prefati honoris Montis-siqui postmodum in difinitione quam frater ejus Guillelmus Umberti ab eo extorserat et quia Guillelmus Umberti in testamento suo recognovit Reamballo fratri suo testamentum Umberti patris eorum et Reamballi avunculi eorundem sicuti prephatus Guillelmus Umberti et Reamballus ejus frater sibi ad invicem juraverant. Ex precepto jamdicti comitis judices dompnus videlicet Bernardus Terrachonensis archiepiscopus et sancte romane ecclesie lega-

tus ac venerabiles Guillelmus barchinonensis Petrus ausonensis episcopi et Bernardus abbas Sancti Felicis Girunde Arnallus de Lertio Raimundus Villemulorum Berengarius de Turrerubea et Raimundus de Podioalto in omnes unanimiter convenientes juste et legaliter judicaverunt quod prelibatus Reamballus faciat duas partes de omni honore Montis-siqui qui fuit Umberti patris sui et Reamballi avunculi ejus tam de alodiis quam de fevis sive bajuliis et fratres Ospitalis accipiant quam elegerint. Si vero Reamballus hujuscemodi divisionem facere noluerit sepedicti Ospitalis fratres prenotatam divisionem nichilominus faciant et Reamballus accipiat quam voluerit. Et si quid ab utroque fratre Reamballo scilicet et Guillelmo Umberti de jamdicto honore distractum seu quolibet modo donatum vel alienatum est totum ab utraque parte in comuni redigatur et ut judicatum est per medium dividatur omnisque jamdicta divisio sit facta ex omni parte sine fraude et dolo et sine enganno. Dato judicio Barchinone in palacio comitis supradicti in presentia ejus et aliarum nobilium personarum tam clericorum quam laicorum ibidem pariter asistentium X kalendas augusti anno ab incarnatione Domini MCLI.—Sig✠num Raimundi comes. Bernardus abbas Sancti Felicis Gerunde. Petrus Dei gratia ausonensis episcopus subscribo. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi ✠. Sig✠num Arnalli de Lertio. Sig✠num Raimundi de Villademulis. Sig✠num Berengarii de Turrerubea. Sig✠num Raimundi de Podioalto qui suprascriptum judicium judicaverunt et propris manibus subscripserunt et subsignaverunt. Sig✠num Poncii scribe qui hoc jussione comitis scripsit et propria manu firmavit die annoque prefixo. *(Alphabeto divisa).*

LXVIII.

Perg. n°238. 28 jul. 1151.

Sit notum cunctis: Quoniam ego Petrus de Maçaneto filius Bernardi Raimundi de Maçaneto et Stephanie uxoris ejus consilio et voluntate fratris mei Bernardi dono tibi Raimundo comes barchinonensis princeps aragonensis et marchio omnique tue projeniei sive posteritati ipsum meum castrum de Galifa cum ipsa Rocha in qua fundatum est cum omnibus edificiis et fortitudine que modo ibi sunt vel in antea erunt et cum omnibus exitibus et regressibus suis. Predictam vero donationem sicut melius ad utilitatem et proficium tuum intelligi potest facio tibi et omni tue projeniei sicut supradictum est sine engan ad proprium et francum alodium tuum. Propter supradictam vero donationem quam michi facis ego Raimundus comes jamdictus dono tibi Petre de Mazaneto et omni tue projeniei duos mansos in termino Villemajoris quos inhabitant Arnallus Seniofredi et Petrus Oggerii cum omnibus illorum mansatis et pertinentiis solide et libere ad tuum alodium proprium et insuper addo tibi centum morabatinos. Et comendo tibi supradictum castrum de Galifa ut habeas illud tu et omnis tua projenies per me et per meam projeniem sive posteritatem ad fevum et donetis nobis inde potestatem fideliter per quantas vices eam per nos aut per nuntium vel nuntios nostros requisierimus irati aut pachati et

convenio tibi Petre ego comes jamdictus ut sim tibi adjutor et defensor de predicto castro et de omni honore sibi pertinente et de omnibus tuis directis de omni honore quem deincebs meo consilio adquisieris contra omnes homines et feminas sine tuo engan. Et convenio tibi ut inter me et te in prefato castro non ponam alium seniorem et non exigam a te propter supradictum aliquod servitium propter fidelitatem et potestatem jamdicti castri. Et si tu Petre obieris sine infante legitimo hoc totum aleudam Bernardo de Galifa fratri tuo et in termino jamdicti castri non faciam ullam toltam vel fortiam in alodio vestro et hoc totum sine tuo engan. Si quis autem contra hoc venerit ad irrumpendum non hoc valeat vendicare quod requisierit sed predicta omnia in duplo componat et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Actum est hoc V kalendas augusti anno ab incarnatione Domini millesimo CLI regnique Ledovici junioris anno XV.—Si✠num Raimundi comes. Sig✠num Petri de Mazaneto qui hanc donationem fecit firmavit firmarique rogavit. Sig✠num Bernardi fratris ejus. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Arnalli de Lertio. Sig✠num Raimundi de Villa de muls. Sig✠num Poncii Scribe qui hoc scripsit die annoque prefato.—Juro ego Petrus de Maçaned filius Stephanie femine tibi Raimundo comiti barchinonensi et aragonensium principi et marchioni quod ab hac ora in antea fidelis ero tibi de vita tua et de corpore tuo et omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore quem hodie habes vel in antea Deo juvante adquisieris et nominatim de ipso castro de Galifa et de ipsa Rocha in qua fundatum est et de omni fortitudine que ibi est vel in antea

erit quod donum inde tibi potestatem fideliter et sine engan per quantas vices eam a me requisieris per te vel per nuncium aut nuncios tuos iratus aut pachatus et non vetabo me inde videri vel comoneri et nuncius vel nuncii tui per quos michi hoc demandaveris non habebunt regardum de me vel de meis in eundo vel redeundo. Et sicut superius scriptum est sic tenebo et attendam tibi Raimundo comiti suprascripto et omnibus successoribus tuis in perpetuum per Deum et hec sancta. Facto sacramento V kalendas augusti anno XV Ledoici junioris. Sig✠num Petri de Mazaneto. Sig✠num Bernardi fratris ejus. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit die annoque prephato.

LXIX.

Perg. nº243 Agosto 1151

Ad notitiam omnium volumus pervenire qualiter ego Bernardus tarrachonensis archiepiscopus ad honorem Dei et apostolorum principis Petri laudo dono et trado assensu dompni Eugenii romani pontificis et consilio sufraganeorum nostrorum et voluntate cannonicorum nostrorum civitatem Tarrachone cum territorio suo tibi Raimundo illustri comiti barchinonensi aragonensium principi Tortose Illerdeque marchioni propter ipsius civitatis restaurationem et malorum hominum illam perturbantium inquietationem ad fidelitatem et utilitatem nostram nostrorumque successorum et

ecclesie Sancte Tecle sicut beato Oldegario et ecclesie Sancte Tecle donata est a venerabili patre tuo Raimundo barchinonensium bisullunensium ac Provincie comite. Donamus inquam tibi et successoribus tuis quos Deo annuente ex uxore habueris ut per nos et ecclesiam nostram habeas Tarrachonam cum omnibus terminis et pertinentiis suis terre et maris et ipsum senioraticum super omnes milites et alios homines ut sint tui solidi et heredium tuorum quos ex uxore tua habueris et faciant tibi exercitus et cavalcatas et quitquid facere debeant suo seniori. Termini vero prephate civitatis et territorii a parte orientis sunt in termino de Tamarit et de Monteolivo sicut descenditur ad mare et ascenditur per aquam de Gayano usque ad montes et transit a septentrionali plaga per calcem montium usque ad ipsum engolador de Cabra et pervenit usque ad ipsum embotum et ascendit per ipsa cacumina montium de Carboneria sicut ipse aque incipiunt vergere ad austrum et ab occidentali parte transeunt ipsi fines per Montem rubeum et per collem Balagarii usque ad mare. A plaga meridiana est terminus ipsum mare quod comune est omnibus ipsius terre habitatoribus ad utendum et expiscandum. Quiquid autem his terminationibus concluditur dono tibi jamdicto Raimundo comiti et omnibus successoribus tuis quos ex uxore habueris ut per nos et successores nostros et ecclesiam nostram habeas hec ad nostram fidelitatem sine omni engan. Concedimus etiam tibi ut habeas tibi unum furnum et unum casale molendinorum ad dominicaturam tuam. In omnibus vero quecumque amodo in Tarrachona vel infra prenotatos ejus terminos tam per te quam per nos et ecclesiam nostram aut

per voces tuas et nostras emptione cambiatione comutatione vel aliquo alio modo adquirere vel habere potueris medietatem sine omni missione atque gravamine. De his autem omnibus quecumque nos vel ecclesia nostra in Tarragona vel in prephatos terminos aliquo modo conquirere vel habere poterimus medietatem vobis concedimus exceptis his que ad propria jura ecclesie spectare videantur et exceptis his que habitatores Tarrachone et ejus territorii pro remedio anime sue in vita sive in morte dare vel relinquere ecclesiis Dei voluerint. De mercatis et feriis sive nundinis de leudis pedaticis toloneis ribaticis quarteriis balneis cavalcatis tam terre quam maris de placitis justititiis et de omnibus consuetudinibus et usaticis sive redditibus universis terre et maris sicut melius dici vel intelligi potest medietatem fideliter habeas nos ecclesia nostra alteram cum integrittate medietatem: bajulus vester seu vicarius vel successorum vestrorum accipiat omnes estachamentos ipsius civitatis totius territorii et judicet placita presente archiepiscopo vel bajulo suo et quod inde exierit inter vos et archiepiscopum per medium dividetur. Neque erit vobis licitum in Tarrachona vel ejus territorio ponere vicarium sine nostro consilio: et si aliquis de habitatoribus Tarracone vel ejus territorii forifecerit archiepiscopo vel suis firmet directum in manu archiepiscopi vel bajuli ejus et presente bajulo comitis quod inde per justitiam exierit archiepiscopus et comes habeant per medium. Preterea si in molendinis furnis balneis tendis alfondags aut fundis vel aliis augmentationibus de quibus omnibus archiepiscopus et ecclesia medietatem habuerint expense fuerint necessarie ab utroque fiant comuniter comuni consilio utriusque.

Retinemus vero ad dominicaturam nostram et portionem omnes ecclesias et ecclesiastica jura et ecclesiasticas personas et familias nostras et clericorum sive monacorum et omnes qui ecclesiastica predia incoluerint et ibi habitaverint et omnes qui in domibus vel possessionibus ecclesiasticis habitaverint ut in his omnibùs nullus princeps vel inferior persona laica presumat aliquid judicare vel distringere seu disponere ullo unquam in tempore absque nostro jussu. Retinemus etiam decimas et primitias omnium fructuum terre et animalium et piscium et salinarum et quarterie et molendinorum. Retinemus etiam omnes dominicaturas nostras villam videlicet Constantinam cum terminis suis et stagnum de la Vid cum omni dominicatura que sibi adjacet sicut eam retinuit beatus Oldegarius et dominicaturam de Franculi et alias omnes dominicaturas quas habemus vel in antea Deo annuente habebimus. Retinemus iterum quod omnes milites et ceteri habitatores Tarrachone et totius territorii jurent nobis et successoribus nostris et ecclesie nostre fidelitatem de honore et corpore nostro. Et si villa mutabitur faciemus ibi prius unum furnum et unum casale molendinorum ad dominium nostrum et ecclesie nostre in eo loco quem elegerimus et postmodum vos unum furnum et unum casale molendinorum que in dominio vobis concessimus ubi volueritis faciatis. Ceteros vero furnos et molendina ubicumque fiant per medium habeamus. Preter illa que nobis et successoribus nostris et ecclesie nostre fideliter retinemus reliqua omnia sicut superius determinata sunt sine vestro et nostro enganno vobis et successoribus vestris quos Deo annuente de uxore habebitis ad honorem Dei et utilitatem et fidelitatem nos-

tram nostrorumque successorum et ecclesie nostre concedimus donamus et laudamus ea conditione ut si quod absit te prephate comes aut aliquem ex heredibus tuis absque filio vel filia de conjuge mori contigerit omnia que presenti scripto tibi concedimus vel donamus cum omnibus meliorationibus et adquisitionibus a te vel a tuis heredibus factis libere et integre in potestatem et jus et dominium nostrum et successorum nostrorum et ecclesie nostre revertantur omni tempore permansura. Filius autem tuus de uxore cui hunc honorem post te habendum dimisseris juret nobis et successoribus nostris et ecclesie nostre fidelitatem de corpore nostro et de civitate Terrachona cum omnibus pertinentiis et similiter alii omnes successores vestri legitimi eandem fidelitatem nobis nostrisque successoribus et ecclesie nostre jurent. Et ne hujusmodi pactum vel convenientia possit transgredi differri vel rumpi quando tu venerabilis comes Deo vocante viam universe carnis abieris statim in potestatem archiepiscopi et clericorum ecclesie terrachonensis omnia castra et fortitudines Tarrachone et omnium terminorum ejus cum omnibus que tibi donamus et concedimus redigantur: que archiepiscopus et ecclesia tandiu teneant quousque filius tuus legitimus cui hunc honorem dimiseris predictam fidelitatem archiepiscopo Tarracone et ecclesie propria manu faciat quo facto honorem suum habeat: eodemque modo inter comites et archiepiscopos successuros et ecclesiam de projenie in projeniem immutabiliter fiat. Quando vero archiepiscopum mori contigerit nulli comitum vel alicui laice subjecte sibi persone aliquid honoris vel rerum episcopalium emparare vel tangere vel aufere seu minuere sed omnia integre in po-

testatem clericorum tarrachonensis ecclesia illibata perma-
neant quousque tarrachonensis ecclesia alterum habeat ar-
chiepiscopum. Propter hec omnia superius comprehensa et
determinata ego Raimundus comes barchinonensis princeps
tarrachonensis et aragonensis Tortose Ilerdeque marchio
promito atque convenio Deo et ecclesie tarrachonensi et
vobis domine Bernarde archiepiscope ut ab hac die et antea
sim vobis fidelis de civitate Tarrachona et ejus territorio et
nominatim de his que in dono quod michi facitis retinetis
et de omnibus ecclesiasticis justitiis et directis et redditibus
que ad vos et ecclesiam vestram pertinent vel pertinere de-
bent et quod intendam sine enganno edificare et defendere
Terragonam et ejus territorium contra omnes homines et fe-
minas qui justitias et jura ipsius civitatis et territorii vobis
et ecclesie vestre tollere vel minuere temptaverint et ob-
servare justitiam vestram et ecclesie vestre sicut superius
determinatum est. Si qua vero in posterum ecclesiastica
secularisve persona contra hunc tenorem pagine ire temp-
taverit non valeat sed iram Dei tandiu incurrat donec sa-
tisfaciat. Facta carta mense augusti apud Tarrachonam in
ecclesia Sancte Tecle anno ab incarnatione Domini MCLI.
Sig✠num Bernardi tarrachonensis archiepiscopi. Petrus Dei
gratia ausonensis episcopus. Sig✠num Raimundi comes.
Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Guillel-
mi de Castrovetulo. Sig✠num Arberti fratris ejus. Sig✠
num Raimundi de Pugalt. Sig✠num Berengarii de Torro-
ja. Sig✠num Geralli de Jorba. Sig✠num Guillelmi de
Cervera. Sig✠num Bernardi de Belog Sig✠num Petri de
Cherol.—Sig✠num Poncii qui hoc scripsit mense et anno
quo supra adjectis literis super XI et XII lineam.

LXX.

Perg.n°241 · 5 ago. 1151

Quoniam ad celsitudinem principum specialiter spectare videtur de temporalibus bonis que divina clemencia temporaliter illi habenda concesserit ecclesiam Dei dotare atque honorifico ditare. Idcirco ego Raimundus comes barchinonensis princeps aragonensis Tortose Ilerdeque marchio quem divina bonitas exaltare dignata est. Concedo Domino Deo et ecclesie Sancte Dei genitricis Marie que condam apud Dertosam celebris sedes pontificalis fuit et erit deinceps divina prestante clementia et tibi venerabilis Gaufredo dertusensis ecclesie per Dei dispositionem episcopo et successoribus tuis omnibus in perpetuum omnes decimas et omnes primitias omnium fructuum et animalium quos recipiunt vel recepturi sunt Christiani in perpetuum tam de laborationibus suis quam de redditibus universis quos de laborationibus sarracenorum habituri sunt. Preterea concedo et dono ecclesie dertosense jamdicte et tibi Gaufredo tuisque successoribus omnia alodia et omnes majoris Mezquite quecumque habet aut olim habuit in tempore Sarracenorum extra prephatam civitatem. Nichilominus etiam dono atque concedo tibi Gaufredo et successoribus tuis et prephate ecclesie omnes Mezquitas tam edificatas quam desertas quas modo sarraceni non tenent et deinceps dimissuri sunt cum omnibus alodiis et possessionibus earum

que sunt extra civitatem et duos furnos in civitate unum ad mensam episcopi et alium ad mensam canonicorum. Preterea dono et concedo prephate ecclesie episcopali et tibi Gaufredo tuisque successoribus in perpetuum omnes decimas omnium mearum redituum Tortose que modo habeo vel in posterum habiturus sum. Ego et omnes mei successores videlicet de leudis usaticis portaticis mensuraticis ribaticis molendinis furnis balneis piscibus salinis et de lignis sive fustibus et de omnibus quintis meis que ad me pertinent vel pertinebunt de cavalcatis nec non et de universis redditibus meis que modo vel in posterum exeunt vel exitura sunt mihi et successoribus meis apud Tortosam tam de aqua quam de terra sicut melius dici vel intelligi potest exceptis justitiis et placitis omnibus et etiam questiis in judeis et sarracenis que mihi et posteritati mee integre retineo atque reservo. Dono insuper C morabatinos annuatim de paria sarracenorum quamdiu ego et successores mei illam habuerimus ad indumenta canonicorum prefate sedis Tortose. Ecclesiis vero que sunt vel erunt extra civitatem in universo episcopatu Tortose dono et concedo omnes decimas omnium fructuum et animantium que christiani habebunt ex propriis laborationibus suis vel ex redditibus laborationum sarracenorum ita videlicet quod sedis episcopalis habeat quartam partem predictarum decimarum et ecclesie que erunt extra civitatem habeant tres partes decimarum et primitiarum ad earundem servicium necnon et habeant alodia et possessiones que erunt extra castella et villas omnium mezquitarum quas modo sarraceni non tenent vel in posterum sunt dimissuri. Constituo etiam ad honorem Dei et Sancte Marie ut episcopalis sedes Tortose

habeat et quiete possideat omnes terminos sui episcopatus sicut melius unquam aliquis rex tempore sarracenorum regnum Tortose possedit vel possidere debuit. Et omnes ecclesias et capellas que in episcopatu tortosensi sunt vel erunt necnon et omnes decimas et primitias sicut superius determinatum est. Et cimiteria et oblationes et defunctiones et omnia quecumque ad jura episcopatus Tortose pertinent vel pertinere debent et omnia illa que ex liberalitate mea in presenciarum concessi et donavi vel in posterum Deo propitio daturus sum. Hec omnia supradicta dono et confirmo episcopali sedi Tortose et tibi venerande Gaufrede per Dei gratiam ejusdem sedis episcopo tuisque successoribus ut amodo et in eternum ad honorem Dei et salutem anime mee hec omnia integre habeatis et quiete possideatis. Actum est hoc apud Tarrachonam nonas augusti anno Dominice incarnationis MCLI. die scilicet qua consecratus est primus episcopus Gaufredus episcopus abbas Sancti Rufi III anno post liberationem Tortose a sarracenis. —Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Bernardi Terrachone archiepiscopi ac sancte romanne ecclesie legati qui hanc donationem confirmo. Sig✠num Guillermi Barchinone episcopi. ✠ Berengarius gerundensis ecclesie episcopus subscribo. Petrus Dei gratia ausonensis episcopi. Sig✠num Arnallus Helene episcopus. Sig✠num Guillermi Berengarii. Sig✠num Guillelmi Garidel. Sig✠num Lombardi. Sig✠num Geralli de Salvaniaco. Sig✠num Maurini. Sig✠num Ollerii. Sig✠num Guilaberti. Sig✠num Alexandri. Sig✠num Guillelmi Pecuz. Sig✠num Guillelmi de Castro vetulo. Sig✠num Raimundi de Podioalto. Sig✠num Bernardi de Bello-loco. Sig✠num Geraldi de Jorba. Sig✠

num Guillelmi de Cervera. Sig✠num Devete Drimontis. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Petri Sanctiminati. Sig✠num Otonis. Sig✠num Guillelmi de Copons. Sig✠num Alegret. Sig✠num Druet. Sig✠num Arnaldi A Dei. Sig✠num Bardine. Sig✠num Poncii Scribe qui hoc scripsit jussione prefati comitis Barchinone Aragone principis Tortose Ilerdeque marchionis die et anno quo supra.

LXXI.

Perg. nº242.
7 ago. 1151.

Hoc est iuditium quod datum est in curia Raimundi barchinonensis comitis ab episcopis videlicet Berengario gerundensi Guielmo barchinonensi Petro viscensi Artallo elenensi Gaufrido tortosensi abbate Sancti Felicis et a militibus Bernardo de Bello-loco Raimundo de Podio-alto Guielmo de Castello-vetulo de querelis quas habebant ad invicem Bernardus tarrachonensis archiepiscopus et clerici ejus et Rodbertus et Guielmus de Aquilone. Conqnestus archiepiscopus de Guilielmo de Aquilone quia fregerat molendina sua et suum reg tribus vicibus quod Guillelmus de Aquilone dicebat se fecisse propter fadigam de dret. Unde iudicatum est quod si poterit hoc probare Guilielmus per testes archiepiscopus suferret dampnum suum et si archiepiscopus aliquod malum propter hoc fecit Guielmo emendet illi. Quod si Guillelmus deffecerit in probacione

emendet archiepiscopo malefactum. Iterum conquestus est archiepiscopus de Guilielmo qui auferebat illi quandam fexam que est infra dominicaturas suas quam Guilielmus dicebat se habere per compram et juste possideret propter libertatem quam habent habitatores Tarrachone. Sed iudicatum est quid non licet Guilielmo emere aliquid de dominicaturis archiepiscopi sine ejus consensu archiepiscopo licet aliquid emere de dominicaturis Rodberti et Guilielmi sine eorum consensu. Conquestus Guilielmus de Aquilone de archiepiscopo qui auferebat ei suas justicias et suos rectos et totum quod habet in Tarrachona et in territorio ejus quo totum archiepiscopus plane negavit. Iudicatum est archiepiscopum emendare Guilielmo quicquid Guilielmus poterit probare archiepiscopum sibi abstulisse de justiciis suis seu de usaticis vel rectis suis et si Guilielmus in probatione deffecerit archiepiscopus non debet facere Guillielmo aliquod escundit quia dominus ejus est. Conquestus est archiepiscopus de Guilielmo quia abstulerit suo armigero domum suam et in ea furnum fecerat. Guielmus respondit se hoc fecisse quia armiger ille non venerat ad habitandum domum illam ad terminum ad quem promisserat se venturum et quia tertiam partem habebat in Tarrachona. Judicatum est quia propter has rationes non debuit hoc facere Guilielmus et si armiger redierit habeat domos et si non venerit non emparet eas Rodbertus vel Guilielmus donec determinetur de cujus sorte debeant esse. Conquestus est Rodbertus de archiepiscopo quia expulerat monachos de ecclesia Sancti Fructuosi quam Sanctus Oldegarius concesserat Rodberto ut eam daret ecclesie Sancti Martini de Saixs et propter hoc Rodbertus dederat ecclesie Sancti Fructuosi

alodia et quasdam possessiones. Archiepiscopus vero dicebat hoc non esse credendum quoniam Sanctus Oldegarius retinuerat sibi sicut carta ejus testatur omnes ecclesias et possesiones earum. Judicatum est quod Rodbertus probet hoc per testes et archiepiscopus restituat ecclesiam et quicquid inde habuit monachis. Et si Rodbertus hec probare non poterit remaneat ecclesia et omnes ejus possessiones in potestate archiepiscopi propter cartam Sancti Oldegarii in quam ecclesias et earum possessiones sibi retinuit. Iterum conquestus est Rodbertus de archiepiscopo quem dicebat se suscepisse in suo consilio et in suo ducatu de negotiis Tarrachone et per engan abstulerat illi justitias Tarrachone et totam Tarrachonam et se duxerat eum ut faceret cartam per quam auferebat illi totam Tarrachonam. Archiepiscopus respondit hoc non esse verum sed cartam illam per quam Rodbertus conquestus est Tarrachonam perdidisse ipse eam firmavit spontanea voluntate sua et consilio uxoris sue et amicorum qui etiam in hanc cartam subscripserunt et maxime consilio Guielmi de Aquilone qui eam suo signo corroboravit. Unde iudicatum est et cartam bonam et omnia firma esse debere que in ea scripta sunt quoniam et a Rodberto et ab uxore ejus et a Guilielmo de Aquilone firmata est. Conquestus est archiepiscopus de Guilielmo de Aquilone qui dederat quasdam domos Ospitali in Tarrachona. Guielmus de Aquilone dicebat se hoc fecisse concessione archiepiscopi: quod archiepiscopus negavit. Judicatum est quia si Guielmus probaverit hanc concessionem factam esse per testes firma sit et si non irrita sit secundum cartam Sancti Oldegarii. Iterum conquestus est archiepiscopus de Gui-

lielmo de Aquilone qui in villa Constantini quam ad dominicaturam suam retinuit Sanctus Oldegarius suum proprium bovarium et multos alios verberavit et vulneravit et quandam partem illius ville emparavit. Guielmus de Aquilone respondit illam partem non esse de terminis illius ville. Ad hoc respondit tarrachonensis archidiaconus quod Rodbertus illam partem mostraverat esse infra terminos prefate ville quando pedoavit terminus illius. Unde indicatum est ut archidiaconus probaret hoc esse sicut dicebat per testes et si hoc posset facere teneretur integre villam sicut Rodbertus pedoaverat et Guilielmus emendaret malefacta salvo tamen suo jure si quod habet in illo vilari. Iterum conquestus est archiepiscopus de Guilielmo de Aquilone qui contra cartam Sancti Oldegarii qui sibi omnes res ecclesiasticas retinuit. Auferebat honorem ecclesie Viscensi et de Sent Seles et aliarum ecclesiarum. Guielmus de Aquilone respondit se dedisse I anulum aureum episcopi Viscensi pretio CXII morabetinorum pro isto honore et dicebat se fecisse hanc compram assenssu Rodberti a quo episcopus habebat hunc honorem per feudum. Judicatum est quoniam si Guilielmus poterit hoc probare per scripturam vel per testes quod iste honor ita esset alligatus Rodberto vel per feudum vel per alium vinculum quod non posset remanere sue ecclesie habeat Guilielmus. Si vero non poterit hoc probare recuperato pretio quod dedit pro hoc honore ab ecclesia Viscensi ne ipse enganatus sit predictum honorem recuperet ecclesia Viscensis. Nichilhominus etiam iudicatum est et de ecclesiis et de possessionibus earum secundum cartam Sancti Oldegarii quod Rodbertus vel Guilielmus de Aquilone nichil inde sibi ven-

dicare possint. Preterea conquestus est archiepiscopus de Guilielmo de Aquilone qui accusavit eum de tali crimine propter quod si probari posset incurrere periculum honoris et ordinis. Affirmabat enim quod Guilielmus Aquilonis imposuerat ei accusans eum coram omni curia comitis quod archiepiscopus abstulerat cuidam homini suam uxorem quam legitime habebat et alteri dederat unde habuit X morabetinos de quibus non dederat ei partem suam. Guielmus vero de Aquilone dicebat se non ita dixisse. Judicavit curia quoniam si archiepiscopus poterit probare per testes quod Guilielmus de Aquilone predictum crimen sibi imposuerit quia Guilielmus homo suus erat et sibi juraverat et ex hoc crimine si verum esset nullum comodum sibi contingebat preter hoc etiam si alius hujusmodi crimen archiepiscopo imponeret Guielmus quia fidelitatem illi juraverat de suo corpore et honore debuisset eum defendere. Ideo judicavit curia quod quicquid beneficii vel comodi Guilielmus de Aquilone ab archiepiscopo fuerat adeptus ammiteret et scripturam illam quam prefatus Guilielmus proferebat ab archiepiscopo subsignatam et subscriptam invalidam et irritam esse in perpetuum salvo tamen jure Guilielmi de Aquilone et Rodberti de civitate Tarrachone et ejus territorio secundum tenorem scripture inter beatum Oldegarium et Rodbertum facte. Dato juditio Tarrachone VII idus augusti anno ab incarnatione Domini millessimo CLI anno XV regni Ledovici junioris. *(alphabeto divisa.)*

LXXII.

Perg. nº 243
30 nov. 1151.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris. Qualiter ego Raimundus comes barchinonensis princeps aragonensis et marchio ob remedium anime mee et parentum meorum dono atque concedo ecclesie de Uliano ut omnem honorem illum quem habet vel in antea Deo annuente juste et legaliter adquisitura est in Gerunda et comitatu gerundesi bisullunensi barchinonensi et in omni honore qui ad dominium nostrum pertinere videtur libere quiete et absque ulla diminutione omnium casuum qui in predicto honore evenerit habeat et possideat. Quam ecclesiam cum omnibus que nunc habet vel ex collatione fidelium vel etiam ex adquisitione eorum qui in eadem ecclesia Deo deserviunt ipso annuente jure adquisivit et adquisitura est in defensione nostra ponimus et propter Deum suscipimus ne ulla deinceps persona res illius ecclesie ulterius audeat inquietare diminuere aut temerario ausu invadere. Actum est hoc III kalendas november anno XV regni Ledovici junioris.—Sig✠num Raimudi comes. Sig✠num Arnalli de Lertio. Sig✠num Bernardi Guilielmi de Luciano. Sig✠num Guilielmi Raimundi Dapifer. Sig✠num Petri de Palacio. Sig ✠ num Raimundi Vilemulorum. Sig ✠ num Guilielmi de Castro-vetulo. Sig ✠ num Poncii scribe ✠. Petrus presbiter hoc rogatus scripsi die annoque prefi-

xo.—✠ Ildefonsi regis aragonensis comitis barchinonesis et marchionis provincie.

LXXIII.

Perg. n. 250.
4 abr. 1152.

Ad cunctorum noticiam volumus pervenire quoniam ego Peronella regina aragonensis jacens et in partu laborans apud Barchinonam. Concedo dono et firmiter laudo infanti meo qui est ex utero meo Deo volente processurus totum regnum aragonensem cum omnibus comitatibus et episcopatibus et abbatiis et cum omnibus eidem regno pertinentibus sicut rex Andefonsus melius unquam tenuit et habuit. Ea videlicet conditione ut dominus et maritus meus Raimundus comes barchinonensis habeat teneat et possideat integriter et potenter sub imperio et dominatione sua totum predictum regnum cum omni sibi pertinente honore omni tempore vite sue. Post obitum vero suum remaneat totum supradictum regnum integriter filio meo jamdicto. Quod filius meus jamdictus obierit absque legitimo filio totum supradictum regnum et honorem prephatum sicut habuit et tenuit nobilissimus rex Adefonsus concedo similiter et dono jamdicto viro meo Raimundo comiti barchinonensi ad omnem suam voluntatem ex inde faciendum. Si autem filia ex utero meo processerit maritet eam honorifice jamdictus vir meus comes jamdictus cum honore et pecunia sicut melius ei placuerit et remaneat viro meo

prenominato solide et libere totum supradictum regnum cum omnibus sibi pertinentibus ad omnem voluntatem suam perficiendam absque alicujus hominis vel femine blandimento. Etiam dono pro anima mea et dono II milia morabetinos mille ad ecclesias Aragonis et mille ad ecclesias Barchinonensis comitatus Girundensis Bisullensis necnon et Ausonensis. Et pono meos manumissores videlicet Guilielmum barchinonensem episcopum et Berengarium girundensem episcopum ac Bernardum cesaraugustanum episcopum necnon et Dodonem oscensem episcopum et Garciam Ortiz et Ferriz de Oscha et Guilielmum de Castelvel et Arnallum de Lertio qui dividant et distribuant supradictos morabatinos per ipsas ecclesias sicut melius et utilius ejus fuerit visum quos morabetinos prenominatos donet vir meus Raimundus comes jamdictus supradictis manumissoribus meis. Facta carta II nonas aprile anno Dominice incarnationis millessimo CLII.—Sig✠num Peronelle regine aragonensis que hoc donum feci firmavi et hoc totum laudo atque confirmo in vita et in morte et testibus firmare mandavi. Sig✠num Guilielmi barchinonensis episcopi. ✠ Sig✠num Lup Enegonis de Luna. Sig✠num Guilielmi de Castelvel. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Petri Arnalli. Sig✠num Bernardi Marcucii. Sig✠num Petri Primicherii. Sig✠num Rodberti archidiaconi pampilonensis. Sig✠num abbatis Olive. Sig✠num Calvetti prioris tirasonensis. Sig✠num Poncii Scribe qui hoc rogatus scripsit die et anno quo supra.

LXXIV.

Perg. nº 251.
20 jul. 1152.

Sit notum cunctis: quod ego Guillelmus de ipsa Nogera et uxor mea Maria damus tibi Raimundo Dei gratia barchinonensi comiti et principi aragonensi et tuis et mittimus in tua bajulia et sub tua deffensione totum illum nostrum honorem cultum et heremum quem per vocem genitorum uxoris mee habemus in barchinonensi territorio apud Lupricatum in parrocchia S. Marie de Corniliano et Sancti Johannis de Pinu et omnia loca de quo honore tu et tui successores post te sis nobis et successoribus nostris adjutor et deffensor de vestro directo contra cunctos homines vel feminas et nos et successores nostri per censum istius honoris annuatim in natale Domini donemus tibi et tuis I porcum comitalem et nullum alium usaticum vel servitium ibi nobis vel nostris non queras quem porcum nulli militi vel alicui hominum dare possis sed ibi tu et tui omni tempore illum habeas ad tuum dominium. Et quis hec fregerit supradicta in duplo componat et insuper hoc scriptum semper maneat firmum. Actum est hoc XIII kalendas augusti anno XV regni Lodoici junioris. Sig✠num Guillelmi de Nogera. Sig✠num Marie uxoris ejus qui hec laudamus et firmamus. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Berengarii Bernardi vicarii. Sig✠num Guillelmi de Sancto-Martino.—Signum Petri de Corro qui hoc scripsit

cum litteris suprapositis in linea VI et VIII die et anno quo supra.

LXXV.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus: Quod ego Raimundus Berengarii comes barchinonensis et marchio et princeps aragonensis laudo et concedo ecclesie Sancte Marie de Stagno et priori et habitatoribus ejus ipsam donationem quam Raimundus bone memorie quondam ausonensis episcopus et pater meus et ego fecimus eidem ecclesie de ecclesia Sancte Marie de Meholiano sicut in ipsa carta quam inde fieri jussimus et firmavimus resonat. Iterum sit omnibus notum quod ego stabilio in ipsa villa de Modeliano mercatum ita ut ibi sit in perpetuum feria III. Similiter stabilio in eadem villa medio augusto nundinas que vulgo voccantur fira. Ipsum vero mercatum et fira retineo ad meum dominium preter hoc quod jam donavi et concessi jamdicte ecclesie Sancte Marie de Stagno scilicet mediam quarteriam salis in unoquoque mercato et omne decimum tam mercati quam fire. Concedo namque et licenciam dono priori sepedicte ecclesie Sancte Marie de Stagno ut ipse ipsam villam et terram que in circuitu ipsius ecclesie de Modeliano est et sua est ordinet et edificet et dividat ad utilitatem ipsarum ecclesiarum et in unamquamque domum non mittat censum nisi unum par capo–

Perg. nº 253.
27 dic. 1152.

num quem ipse accipiat. Et ego pono ipsam villam de Modeliano in tali salvitate et securitate quod neque castellani de Clerano nec aliquis infra januas illarum domorum que ibi sint vel fuerint aliquam vim vel emparationem sine fortiam faciat nisi prior sepe nominate ecclesie de Stagno per suam justitiam. Quod si forte aliquis hoc meum stabilimentum sive mandamentum fregerit et in manu jamdicti prioris redirigere noluerit ipse prior per excomunionem eum constrigat et insuper per meum aquundatum se teneat. Retineo iterum in jamdicto mercato ipso die quo fuerit et in ipsa fira similiter districtum et mandamentum et estacamentum mii et meis quibus ego jussero. Iterum dono eidem ecclesie de Stagno ipsum palacium de Modeliano cum domibus et casalibus et curtali sicut ego habeo in dominium tali pacto ut prior ipsius ecclesie redirigat quia fere totum destructum est et ut mihi ibi faciat unam domum in qua teneam panem meum et vinum et in quandocumque ibi veniam in ipso palacio maneam cum mea expensa. Retineo vero in supradicta villa servitium et justitiam sicut in ceteris meis villis. Et propter hoc nullomodo perdat supradicta ecclesia Sancte Marie de Stagno supranominatum censum et dominationem et ecclesiasticam justitiam set habeat et possideat in perpetuum sicut ego superius ei donavi et concessi sine engan. Quandocumque itaque ipse prior in jamdicto palacio operari velit bajulus meus faciat ibi venire operam meam. Et ego Guillelmus predictus prior ecclesie Sancte Marie de Stagno et omnis ejusdem ecclesie conventus concedente Deo damus tibi societatem et participationem in omnibus beneficiis ecclesiarum nostrarum et propriam orationem tam in

morte quam in vita.—Sig✠num Raimundi comes. Si quis hoc dirumpere voluerit agere non valeat set in duplum componat et insuper firmum permaneat omni tempore. Actum est hoc VI kalendas januarii anno XVI regni regis Lodovici junioris. Sig✠num Guillelmi de Montcada. Sig✠num Bernardi de Scintillis. Sig✠num Berengarii de Montda. Sig✠num Bernardi de Belloco. Sig✠num Arberti de Castrovetulo. Sig✠num Raimundi de Podioalto. Sig✠num Bernardi de Minorisia. Sig✠num Raimundi de Medaia bajuli. Sig✠num Guillelmi Raimbali. Sig✠num regine aragonensis uxoris comitis barchinonensis. Raimundus sacerdos qui hoc scripsit die et anno quo supra. Bernardus sacerdos qui hoc translatum scripsit die VI kalendas marcii anno XLI regni Lodovici junioris.

LXXVI.

Perg. nº 256. 8 may. 1153.

Raimundi Berengarii chomes et marchio et princebs aragonensi donator sum tibi Arnallo Petro et conjux tua Ermessendis dono vobis et projenie vestre pecia I terre culta et erma qui est meo alodio et est hec omnia in chomitatu Barchinone vel in parroechia Sancti Petri Villemajoris in loco nominato Fresalego et abet affrontaciones de parte orientis in via qui vadit per ipsa serra et de meridie in meo alodio que tenet Poncio de Valescaro et de occiduo in meo alodio que vos tenetis per me et de circi in capud

de ipsa vinea et ipsa rasa sicut bajuli mei terminavit et fexuriavit cum aliis meos homines. Quantum hec affrontaciones includunt vel isti termini ambiunt sic dono vobis totum ab integrum et maneatis ibi vos et projenie vestre omni tempore ad meum servitium et donetis per I quemque annum porchum I chomitalem et alium agrerum non donetis de ista porchada et desuper dono vobis et projenie vestre ipsas tenedones que vos tenetis per me in cunctisque locis et donetis omni tempore de expletis que Deus ibi dederit de pane et vino de ipsas tenedones V partem ad mei bajuli. Sane si quis hec dirrumpere temptaverit nullatenus valeat sed componat in dupplo cum sua melioratione et postea hec donacione firma permaneat omni tempore. Actum est hoc VIII idus madii anno XVI regni Ledoici regis juniori.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Poncii Scribe. Sig✠num Petri Arnalli bajuli. Sig✠num Oluga. Signum Petri Ded. Sig✠num Berengarii Sagi. Sig✠num Petri Maçoti.

LXXVII.

Perg. nº261. 24 ago. 1153. Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cujus tenor talis est. ✠ Summe providencie ac discreccionis est id quod a paganis christiani auferunt ita firmiter statuere ut omnis spes illud recuperandi ab eis omnino removeatur. Quapropter in Christi nomine ego Raimundus

Berengarii Dei gratia barchinonensis comes aragonensiumque princeps ac Tortose et Ilerde marchio providens christiane utilitati et volens castrum de Mirabet quod divina tribuente clemencia maximo labore capi securis custodibus stabilire libenti animo et spontanea voluntate in remisione peccatorum meorum dono et concedo predictum castrum in manu venerabilis Petri de Rocra Provincie et Ispanie magistri domino Deo et Sancte Iherosolimitane milicie Templi ac fratribus tam presentibus quam futuris inibi Deo servientibus cum omnibus terminis suis videlicet ultra flumen Iberi in caput de Bannoles ex parte Teviçe Serra Serra sicut aque vertuntur versus Mirabet et vadit ad podios Beçons usque ad terminum Tortose et ex parte in qua castrum situm est dono illis Beneçinem que dividit terminum cum Mora et ex inde protenditur terminus castri Mirabeti de Mora sicut vadit usque ad Serram de Aschon de inde sicut vadit ad Nonasp et deinde sicut vadit et ferit ad Favaram et deinde usque ad podium de Calcet et vadit usque ad Villar de Arenes sicut aque vertuntur versus rivum de Algars et deinde usque ad terminum de Caselas et de Buzot que sunt de termino de Orta et vadit ferire usque ad terminum Tortose cum omnibus pertinentiis suis et castris et villis videlicet castrum de Algars et castrum de Batea cum terminis sibi pertinentibus et castrum de Corbera et de Gandesa cum sibi pertinentibus et castrum de Pinello et de Resquera similiter cum suis pertinentibus et omnes alios castros et villas que infra predictos terminos continentur vel concluduntur cum omni alio heremo et culto prono et plano cum montibus et collibus planis et vallibus cum aquis et earum ductibus

cum viis et semitis cum pratis et pascuis cum nemoribus et saltibus cum herbis et lignis cum terris et lapidibus ut dicti fratres Templi habeant et pessideant omnia supradicta et singula jure hereditario ad proprium alodium franchum et liberum integriter et potenter absque ullo alicujus hominis vel femine retentu perpetuis futurisque temporibus sicut melius ac firmius ad comunem utilitatem omnium fratrum intelligi valeat. Quin etiam eodem quoque modo dono et concedo eis in unoque castello de Miquinensia usque Mirabet nam de melioribus hereditatibus que ibi sunt videliçet in Miquinencia unam bonam hereditatem et in Flexio aliam et in Atchone aliam et in Carçeia aliam et in Mora aliam et in Teviça aliam. Et iterum dono eis duas jouvatas de terra apud castrum de Marçan franchas et ingenuas. Omnia vero sicut superius scripta sunt dono eis et firmiter laudo pro quinta eorum que ex illis ex donacione mea jure contingit de tota ipsa riparia scilicet de Miquinensia usque ad Benihalet sive ad terminos Tortose prout melius et comodius ad eorum utilitatem atque profectum intelligi potest. Facta carta VIIII kalendas septembris anno ab incarnatione Domini millessimo C°L°III° regnique Lodovici junioris XVII°.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Arnaldi Mironis comitis palcarensis. Sig✠num Guillelmi de Castro veteri. Sig✠num Raimundi de Podio alto. Sig✠num Berengarii de Turre Rubea. Sig✠num Arnaldi de Lercio. Sig✠num Raimundi de Villa de Muls. Sig✠num Petri de Podio alto. Sig✠num Berengarii de Mulnels. Sig✠num Arberti de Castro veteri. Sig✠num Guillelmi de Castro veteri el macip. Sig✠num Poncii scribe barchinonensis ecclesie scriptoris comitis barchinonensis qui hoc

scripsit ex mandato domini comitis die annoque prescripto. —Sig✠num Jacobi de Folcheriis notarii publici Barchinone testis. —Signum Berengarii de Lirana notarii publici Barchinone testis. —Sig✠num Berengarii de Vallesicca notarii publici Barchinone testis. —Sig✠num Bernardi de Ponte vicarii Barchinone et Vallesii qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo non cancellato nec in aliqua parte sui viciato ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem impendimus et decretum ut ei tanquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur appositum per manum mei Bernardi de Cumbis notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii ejusdem civitatis in cujus manu et posse dictus vicarius hanc firmam fecit VIII° idus septembris anno Domini millessimo CCC° undecimo presentibus testibus Bernardo de Daurats Jasperto de Examins et Petro de Cornellis. Et ideo ego Bernardus de Cumbis notarius predictus hoc scripsi et hoc meum sig✠num hic apposui.— Sig✠num Bernardi de Villa rubia notarii publici Barchinone qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo et cum eodem legitimo comprobatum scribi fecit et clausit octavo idus septembris anno Domini millessimo trecentessimo undecimo cum litteris appositis in linea prima ubi dicitur christiani et in linea decima ubi dicitur Templi. Et rasis et emendatis in linea undecima ubi dicitur talem et alibi in eadem ubi dicitur qui ibi sunt videlicet in Miquinencia et in linea duodecima ubi dicitur superius scripta.

LXXVIII.

Perg. n°266.
Nov. 1153.

Nunc et in eternum sit cunctis hoc manifestum. Quoniam ego Henricus consul januensis ex mandato et consilio januensium consulum videlicet Martini de Moro et Guillelmi Nigri atque Guillelmi Lusii ac totius electi consilii Janue majori parte et ex comuni consensu et voluntate totius populi januensis vendo et trado Raimundo Berengarii comiti barchinonensi aragonensium principi et suis heredibus in perpetuum nostram tertiam partem Tortose et totius termini ejus que ad comune Janue pertinet cum omni integritate sine aliqua fraude et de jure ac potestate nostra trado et transferro prephatam tertiam partem Tortose cum pertinentiis ejus in jus et dominium suprascripti Raimundi Berengarii comitis Barchinone et Aragone principis pro precio videlicet XVI milium et VI centorum et XL morabatinorum marrochinorum marinorum aiadinorum lupinorum melechinorum qui quotcumque ibi sint mixtim ad pensum de lupinis reddantur. Predictam quoque venditionem facio jamdicto Raimundo comiti barchinonensi et suis heredibus retenta insula beati Laurentii sicut melius solide et libere illam tenebat et possidebat. Retento etiam hoc quod ullus homo januensis qui habitet a Portu Veneris usque ad Portum Monacum non donet in Tortosa ullum usaticum nec ullam ligiam nec aliquam consuetudinem in

perpetuum et quod comes et sui post eum heredes donent inde per censum singulis annis in natale Domini ecclesia Sancti Laurencii unum palium quod valeat XV morabetinos. Et si aliqui januensium de Portu Veneris usque ad Monacum venerint habitare Tortosam et construxerint ibi edificium aliquod vel vineam plantaverint aut gardinum construxerint et voluerint in ibi habitare sub potestate et dominio comitis comes vel sui heredes non auferant eis sua nisi pro convicta alia culpa. Quod si ibi remanere noluerint comes reddat eis expensas sub sacramento duorum bonorum hominum infra XL^a dies. Si expense fuerint ultra C solidos et si fuerint minus infra XV dies infra quos recedere voluerint et notum sibi fecerint. Si vero aliqui ex supradictis januensium habitatoribus emerit usque hodie terram domum vel vineam gardinum et voluerit habitare ibi habitet et secure sua possideat ad fidelitatem comitis dimissa januensium fidelitate. Et si noluerit habitare ibi habeat potestatem vendendi quod emerit cuicumque habitatori Tortose voluerit qui ad fidelitatem comitis teneat. Et comes remitit omnes actiones et querimonias quas habuit vel habet adversus comune Janue de causa Tortose salvo alio conventu quem comes habebat cum comune Janue. Et comune Janue remitit omnes acciones et querelas si quas habet vel habuit contra comitem usque nunc de causa Tortose. Facta est hec venditio mediante novembris apud urbem Ilerdam in presencia sociorum predicti consulis Henrici qui cum eo advenerant videlicet Guillielmi Capdergul et Bonivassalli Bolferici et Oberti Lusii et Fabiani Superbi atque Guillielmi Capellani et Henrici Guersii filii jamdicti consulis Henrici et aliorum quam plurium virorum

nobilium inibi asistencium scilicet Guillielmi Raimundi Dapiferi: Guillielmi de Castro vetulo: Guillielmi de Cervera: Otonis Dapiferi: Geralli de Jorba: Raimundi de Cardona: Berengarii de Torroja: Arnalli de Torroja: Petri de Podio alto: Berengarii de Benavent: Bernardi Deril: Guillielmi Arnalli: Petri de Bellog: Guillielmi Ibeloti: Oggerii Agaza: Bonivassali de Moro. Qui supradicti hujus vendicionis jusores et auditores advocati sunt testes anno ab incarnacione Domini millesimo C°L°III° in era millesima CªXCªIª. —Ego Martinus de Mauro supscripsi.—Ego W. Nigri.— Ego W. Guercius de Ponte Clavarius scripsi.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Henricus consul januensis facio convenientiam de venditione nostre tercie partis Tortose que ad comune Janue pertinet et tocius territorii ejus cum comiti barchinonensi ex mandato videlicet januensium consulum Martini de Moro et Guillelmi Nigri atque Guillelmi Lusii et ex majori parte tocius consilii Janue qui sunt consiliatores electi et ex comuni consensu ac voluntate tocius populi januensis. Retenta insula beati Laurencii sicut melius eam solide et libere possidebat. Retento etiam hoc quod ullus homo januensis qui habitet a Portu Veneris usque ad Portum Monachum non donet in Tortosa ullum usaticum nec ullam ligiam neque aliquam consuetudinem in perpetuum. Et quod comes et sui post eum heredes donent inde per censum singuli annis in natale Domini ecclesie sancti Laurencii unum pallium quod valeat XV morabetinos. Et si aliqui januensium de Portu Veneris usque Monachum venerit habitare Tortosam et construxerint ibi edificium aliquod vel vineam plantaverint aut gardinum construxerint et voluerint inibi habitare sub po-

testate et dominio comitis comes vel sui heredes non auferant eis sua nisi pro convicta alia culpa. Quod si ibi remanere voluerint comes reddat eis expensas sub sacramento duorum bonorum hominum infra XL dies si expense fuerint ultra C solidos. Et si fuerint minus infra XV dies infra quos recedere voluerit et notum sibi fecerit. Si vero aliqui ex supradictis januensium habitatoribus emit usque hodie terram domum vel vineam gardinum et voluerit habitare ibi habitet et secure sua possideat ad fidelitatem comitis dimissa januensium fidelitatem et si noluerit habitare ibi habeat potestatem vendendi quod emit cuicumque habitatori Tortose voluerit qui ad fidelitatem comitis teneat. Et comes remitit omnes actiones et querimonias quas habuit vel habet adversus comune Janue de causa Tortose salvo alio conventu quem comes habebat cum comune Janue. Et comune Janue remitit omnes actiones et querelas signas habet vel habuit contra comitem usque nunc de causa Tortose. Predictam quoque convenienciam vendicionis facio prenominato comiti barchinonensi sine aliqua fraude pro precio XVI milium et DC et XL morabetinorum marrochinorum marinorum aiadinorum melechinorum lupinorum. Quorum debet comes dare X milia et quadringentos mediante januario primo veniente et alios VI milia et CCXL mediante mayo primo veniente. Et isti morabatini debent dari apud Niciam. Et de quotcumque morabitinis de predictis singulis monetis amplius aut minus ibi habeantur omnes accipiantur ad pensum de lupinis. Si vero comune Janue dederit aliquod lucrum vel usuram de medio januario in antea usque ad medium mayum propter VI milia et CCXL morabetinos de medio mayo comes

donet predictum lucrum vel usuram de sua. Si vero comes dederit X milia et CCCC morabetinos mediante januario sicut supra scriptum est intret comes et habeat possessionem jamdicte nostre tercie partis Tortose patenter et integriter cum termino ejus et comune Janue tenebit obsides comitis pro hoc quod remanserit donec tota sit persoluta pecunia. Quorum obsidum erit unus ex filiis Guillielmi Raimundi Dapiferi et alius erit Berengarius de Torroia aut frater ejus Arnaldus aut nepos ejus Raimundus. Tercius erit Guillielmus de Castelvel aut frater ejus Arbertus aut filius ejus Guillielmus. Quartus erit unus ex filiis Petri Bertrandi de Bello-Loco aut Guillelmus de Cervaria vel frater ejus aut Guillielmus Petri de Castelet vel filius ejus aut Dalmacius de Perataiada aut frater ejus vel filius ejus. Ex supradictis VIII generibus dabit comes V obsides quales habere potuerit cum ipsa companna Arnalli de Lercio que est in octavo numero et si postquam comune Janue tenuerit predictos obsides fugeret inde aut moreretur aliquis ex eis comes barchinonensis mitat ibi alium vel alios convalentes et convenit comes barchinonensis quod persolvat et pachet suprascriptam pecuniam sicut superius scriptum est et quod suprascriptum censum Sancti Laurencii reddat annuatim sine enganno comunis Janue nisi quantum major pars consulum comunis Janue sua voluntate prolongare voluerit. Et comes debet dare suprascriptos V obsides modo Henrico consuli si eos accipere voluerit vel mediante januario soluta pecunia quam tunc debet persolvere apud Niciam.

LXXIX.

Perg. n°264.
11 dic. 1153.

Hoc est translatum a quodam transumpto de verbo ad verbum bene et fideliter sumptum V° kalendas februarii anno Dominice incarnacionis M°CC°XC° quarto cujus tenor talis est. Hoc est translatum bene et fideliter factum III° idus marcii anno Dominice incarnationis M°CC°XII° a quadam carta que sic habetur. In Dei nomine ego Raimundus comes Barchinone et princeps Aragone et Dertose marchio dono tibi Guillelmo de Copons fideli meo et successoribus tuis in perpetuum per propriam hereditatem francam et liberam illam villam que appellatur Godayl cum omnibus terminis suis et pertinenciis sicut melius potest dici vel intelligi ad tuum tuorumque profectum hereditatem quoque totam sicut superius est scriptum et nominatum dono et firmiter laudo tibi suprascripto Guillelmo de Copons et omni tua projeniei pro hereditate propria et francha ad omnem velle tuum perficiendum et omnium successorum meorum salva mea fidelitate et omnium successorum meorum per secula cuncta. Est autem supradicta villa que appelatur Godayl in termino Dertose in territorio quod dicitur Canals et dono eam tibi integriter et potenter cum omnibus almuniis suis et cum omnibus suis arralials et cum boscho et cum suis fontibus et cum pratis et pascuis cum pronis et planis. Et dono tibi termino

in circuitu ipsius ville duos miliarios ex omni parte. Omnia vero sicut sunt superius scripta et nominata tibi dono Guillelmo jamdicto omnique tue projeniei pro hereditate propria et francha simul cum ipso molendino quod feceris in predicta aqua de Vayl de cona salva mea meorumque successorum fidelitate in perpetuum. Si quis autem suprascriptam donacionem infringere vel dirrumpere temptaverit nichil proficiat set in duplo componat et postmodum presens donatio firma permaneat imperpetuum. Facta carta donacionis III° idus decembris anno ab incarnatione Domini nostri Ihesu Christi CLIII post millessimum. — Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Petri Bertrandi. Sig ✠ num Bernardi de Bello-loco. Sig ✠ num A. de Lercio. Sig✠num Raimundi de Podio alto. Sig ✠ num Guillelmi de Castro vetulo. Sig✠num Bertrandi de Casteleto. Sig✠num Arberti de Castro vetulo. Sig ✠ num Poncii Scribe qui hoc scripsit die et anno quo supra.—Sig ✠ num Bernardi de Mora qui me pro teste subscribo. Sig ✠ num Berengarii presbiteri.—Ego Bernardus Tolsana hoc scripsi et hoc ✠ feci die et anno quo supra.—Sig ✠ num mei Petri de Villarotundi junioris notarii Dertuse publici qui hoc transcripsi et comprobavi cum diccione aptata in V linea ubi dicitur suprascripto. Et cum supraposita in VIII linea ubi dicitur in circuitu die et anno prefixis

LXXX.

Perg. nº 282. Año 1154.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego Sancius Dei gratia pampilonensium rex facio hanc cartam donacionis et confirmacionis vobis don Ezo. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate propter multa bona servicia que michi fecistis et cotidie facitis dono vobis et concedo per ereditatem Patirella cum toto suo termino castellum et villam homnia quantum ibi pertinere debet in eremo et in populato scilicet cum montibus cum rivis cum pascuis cum molendinis cum suas aquas cum suas intratas et cum suas exitas hoc donum sicut superius scriptum est abeatis et possideatis vos et filii vestri et homnis jeneracio vel posteritas vestra salva et franca et libera et injenua per vendere et per donare et per impignorare et per facere inde homnem vestram voluntatem per secula cuncta salva mea fidelitate et de homni mea posteritate per secula cuncta.—Signum regis ✠ Sancii. Facta carta in villa que vocatur Tutela era M^aC^aLXXXXII^a regnante me Dei gracia rex in Pampilona et in Alaba et in Bizcaja et in Ipuzca. Episcopus Lupus in Pampilona. Guillem Azuarez in Sangossa. Martin de Lefet in Petra-alta. Semen Aznarez in Tafalla don Rodrigo in Estella et in Tutela don Gunzalbo in Abblitas don Enneco in Funes don Azar in Balterra. Testes don Petro de Arazuri don Elias Johannes scrivano.

LXXXI.

Perg. nº 268.
Abril. 1154.

Anno ab incarnacione Domini millesimo CLIIII mortua vicecomitissa bearnensis nomine Guiscarda in mense aprilis convenerunt in unum apud Campum franchum omnes illius terre proceres videlicet episcopi venerabiles Olerensis et Laschurensis cum abbate Sancti Severii de Gaschonia et Fortanerii Deschot Raimundus de Dumi Raimundus Garsias de Gavasto Raimundus Arnalli de Gerderes Gaiardus de Morlana Arnallus Dalazchu cum magna multitudine beariesium scilicet ac morlanesium et aspensium atque orsalensium ante presentiam incliti Raimundi comitis barchinonensis aragonensium principis. Qui omnes tam per se quam per illos qui de erant dicioni et dominio comitis jamdicti se subponentes fecerunt ei hominium sacramenta et fidelitates eligentes eum sibi in dominium et rectorem salva fidelitate filiorum Petri vicecomitis bearnensis olim defuncti. Facta sunt hec apud Campfranchum in presencia Petri comitis Bigorre et multorum nobilium in ibi pariter asistencium in mense aprilis in era millessima CXCII[a]. —In primis A. episcopus olorensis. R. episcopus laschurensis. Raimundus abbas Sancti Severii de Gaschonia. Fortaner del Chot. Raimundus de Domi. Raimundus Garsia de Gavasto. Raimundus Arnalli de Gerderes. Garsias Arnalli de Domi. Gaiard de Morlana. Raimundus Garsias

Despalmer. Raimundus Guillielmi Dalaruz. Oto de Castello. Raimundus de Vila. Raimundus Guillelmi de Bescad. Raimundus Guillielmi de Lobier. Raimundus Guaiard de Vileles Orsales. Guillielmus de Casalbo. Raimundus Sicand de Vila. Garsia Donad de Vila. Oton de Guaitea. Arnallus de Iera. Raimundus de Vileles. Raimundus de Begueria. Guillielm Arnalli de Bidos. Raimundus de Cabapont. Benedet de Media Vila. Fortaner de Bileles. Gerallus de Lobier. Arnallus de Busa. Rodlan Deleschar.—Homines Aspa. Arnallus de Alaschu. Fortun Dat. Sancius Parra de Oza. Moxag de Fossens. Petros Dachoss. Cenebru Dolza. Ato de Fossents. Guillielmi Fort de Bedos. Garsia Dalta Piz. Sanc de Pont. Lop Donat de Bedos. Bru de Bedos. Raimundus Escherra Dalaxe. Afaitad Dorchum. Agut Dorcha. Calvet Dalaxe. Argiol de Delz. Azbeg Dachoss. Gaiard Dachoss. Gai de Joerz. Sanc Assi de Less Raimundus Datass. Raimundus Garsia de Les. Calvere Datass. Garsia Benedet de Les. Guillielm de Les. Arnallus de Les. Bernad de Marrochz. Guillielmus Blasc Dolza. Garcia Roi Dolza. Gaiard Dolza. Arnallus Dalagu. Raimundus Guaiard Dolza. Deant Dolza. Arnallus Baftard Dolza. Benedet Dolza. Guillielm de Lagu. Benedet de Berger. Arnallus de Busa. Garsion Daspa. Garsia Donad (Dorsal.) Difesta. (1) Sanc (Aspa.) Aiul de Seta. Donat Garsia de (Aspa.) de Seta.

---

(1) Las palabras que se vén entre paréntesis, van interlineadas en el orijinal y están colocadas respectivamente sobre el nombre que aqui tienen mas próximo, lo cual se haria sin duda para indicar á que clase de las tres que se espresan en este documento, (Aspensium, Orsalensium, Morlanensium), pertenecia el hombre que firmaba.

Garsia Lup de Seta (Daspa). Raimundus de Seta (Aspa). Raimundus (Aspa). Sancii de Seta. Braz (Daspa) de Seta. Garsia de Seta (Daspa). Petrus (Daspa) de Seta. Bonet (Daspa) de Seta. Guillielmus (Daspa) Durdoss. Lop Fuert (Aspa) Durdoss. Raimundus (Daspa) Garsia de Salt. Benedet (Da) de Seta. Bernard (Orsal) de Lobier. Guillielm de (Orsal) Lusa. Alaman (Aspa) de Salt. Sanzaner (Aspa) de Salt. Aiol de (Aspa) Salt. Lup Sanc (Aspa) de Salt. Arnal (Aspa) Durdoss. Sanc (Aspa) Aner de Salt. Petrus (Aspa) Durdoss Agud (Aspa) de Salt. Garsia (Aspa) Donad de Borza. Sanc Assi de (As) Borza. Guillielmus (As) Agud de Borza. Calvet (As) de Borza. Lop Donad de Borza (As). Raimundus de Borza (As). Guartier de Borza (As). Fort Sanc de Borza (As). Raimundus Cortes de Borza (As). Raimon de Borza (As). Assaiol (As) de Salt. Aiol de (As) Salt. Pere de (As) Salt. Aiol (Aspa) Assi de Salt. Geral de Pau (Morlanis) Vicarius de Morlanis. Petrus (Mor) Alleberti. Aldebertus (Mo) de Morlanis. Oliver (Mor) Davi. Johan (Mor) Orch. Vidal (Mor) Desteve. Galan (Mor). Arbert Desbela (Mor) Xe. Richard (Mor) de Morlanis. Guillielmus de Figueres (Morlans). Oliver de Bixed (Mor). Girard (Mor) de Morlanis.

LXXXII.

In nomine Sancte trinitatis ego Raimundus gratia Dei comes barchinonensis regnique princeps Aragonis et marchio Tortose dono tibi fideli meo Bonefacio de la Volta illud castrum de Flix ad fevum simul cum ipso senioratico et cum ipsis estachamentis et cum ipsa villa et terminis ejus et cum omnibus sibi pertinentibus tali quoque modo ut habeas predictum castrum tu et omnis tua projenies per me et per omnes successores meos per fevum ad fidelitatem et servicium nostrum et tocius mee posteritatis in perpetum et quod dones michi potestatem de predicto castro iratus vel pachatus cum forfactura et sine forfactura per quantas vices illud tibi requisiero per me aut per meum nuncium vel nuncios et quod bene custodias et gardes prephatum castrum sine engan. Et quod sis inde meus estadant de mea terra de finibus scilicet Barchinone atque Tortuose et Ispanie. Retineo quoque michi terciam partem de omnibus eximentis que inde exierint duas vero partes tibi concedo. Supradictum autem castrum cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus estachamentis et placitis et usaticis tibi et omni tue projeniei firmiter laudo et dono ad fevum sub predicta condicione sine aliquo fraude. Propter hoc quoque donum superius comprehensum convenio ego jamdictus Bonefacius tibi seniori meo Perg. n. 273. 4 oct. 1154.

Raimundo suprascripto quod sim tuus sine engan sicut homo debet esse fidelis de suo seniore cui propriis manibus se comendat et quod omnia suprascripta tibi fideliter attendam sine aliquo fraude.—Signum Raimundi comes.—Quod est actum IIII nonas octobris anno ab incarnacione Domini nostri Jhesu-Christi millessimo CLIIII.—Sig✠num Guillelmi de Castel-vel. Sig✠num Arberti fratris ejus. Sig✠num Guillelmi Sancti-Martini. Sig✠num Berengarii de Torroja. Sig✠num Arnaldi de Lercio. Sig✠num Guillelmi Obiloti.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit (*Alphabeto divisa*).

LXXXIII.

Perg. n. 277.
1 nov. 1154.

Omnibus sit notum quoniam ego Guillelmus Furtun convenio tibi Raimundo comiti barchinonensi aragonensium principi quod quando te videbis cum archiepiscopo tarrachonensi et cum Roberto terragonensi aut filio suo et michi mandaveris tu vel ipsi aut unus ex illis supradictis ego veniam ante vos et sicut vos insimul concordaveritis aut aveneritis vos de ipso senioratico de Villafurtun ita ego complebo tibi et atendam sine ulla fraude et sine mendacio. Facta convencione apud Barchinonam die festo omnium Sanctorum anno XVIII regni Ledovici junioris. Sig✠num Guillelmi Furtuni qui hanc convenienciam fecit et propria manu firmavit. Sig✠num Bernardi de Bellog.

Sig✠num Petri Arnalli vicarii Barchinone. Sig✠num Guillelmi dez Eschala. Sig✠num Bernardi Poncii.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit per mandatum Furtunii die et anno prescripto.

LXXXIV.

Sit notum cunctis viventibus. Quod ego Almodis (1) vice-comittissa bassensis pro remedio anime mariti mei Pontii de Cervaria voluntate omnium filiorum meorum et consilio nobilium hominum meorum dimitto in perpetuum omnibus hominibus qui sunt in parroechia Sancti Juliani de Vallefecunda illas migeras frumenti quas de singulis mansis per singulos annos in predicta parroechia quidam bassenses vice-comites olim per malum usaticum et per malam aprensionem acceperant. Hanc vero dimissionem propterea facio quia jamdictus maritus meus Poncius de Cervaria in suo ultimo testamento timore Dei dimisit malos usaticos quos ipse vel antecessores sui in jamdicta parroechia vel in aliis locis miserant de quibus omnibus qui multo peiorem usaticum quam alios acceptionem supradicti frumenti esse cog- Perg. n. 279. 19 nov. 1154.

(1) Esta señora es la del mismo nombre hija del conde don Ramon Berenguer III y hermana del IV que robó del palacio condal de Barcelona Poncio de Cervera y de la que se habla en la pag. 169 del tom. 2.° de los Condes de Barcelona vindicados.

novi ideo sine ulla retencione dimisi et insuper pro hac dimissione ab hominibus supradicte parroechie accepi CCC solidos obtime bisuldunensis monete quos dedi in redemptione illius honoris de Maia quem predictus Poncius de Cervaria maritus meus impignoraverat et bajulus meus pro suo redecimo habuit a supradictis hominibus XXX solidos ejusdem monete. Si quis vero contra hanc cartam dimissionis ad inrumpendum venerit facere non valeat sed in duplo componat et postea firma persistat. Actum est hoc XIII kalendas decembris anno XVIII regni regis Leudovici junioris.—Sig✠num Almodis vice-comitisse. Sig✠num Ugoni filii ejus. Sig✠num Poncii filii ejus. Sig✠num Berengarii filii ejus qui hanc cartam fieri jussimus aliosque firmare mandavimus. Sig✠num Guillelmi de Crexel. Sig✠num Petri del Malauno. Sig✠num Guillelmi de Guardia. Sig✠num Geralli de Casteio. Sig✠num Guillelmi de Montros. Sig✠num Arnalli de Palera. Sig✠num Ribotoni bajuli.—Johanis Levita scripsit hoc sub die et anno ✠ quo supra.

LXXXV.

Perg. n. 288.
10 ene. 1155.

In nomine Domini amen. Nos Raimundus Berengarius comes Barchinone et dominus de Ripoll attendens tanta merita scilicet in ecclesia beato Jacobo frontinianensi ad honorem domini Deo et jamdicto beato Jacobo et ad lu-

crandum tanta merita et ad prestandum honorem et servitia. Ideo cum Deo bona et voluntas alodiamus relaxamus et aleramus omnes mansos alodios homines et mulieres que nunc tenet vel pro tempore tenuerit reverendus prior scilicet beati Jacobi frontinianensi infra terminos nostros rivipullenses et si aliquis dominus vel feudetarius de suo proprio mansos vel honores aut homines ad laudem beati Jacobi dare prestare voluerat infra terminos jamdictos ipsos relaxamus et alodiamus cum omni dominio ad laudem beati Jacobi et si dictus prior aut successores suos casas casalibus infra dictum terminum seu populacionem de Riupoll emere tenere voluerit in suas domos vel hospicio dominus permaneat et cum infançonia ipsum hospicium ad suum proprium ad laudem teneat et non sit ullus dominus neque bajulus ex omnes qui sunt in servissio aut dominio ipsius prioris tam homines quam mulieres stantes servientes venientes et iterantes in domo vel hospicio jamdicto prioris nullus se audeat intromittere nec detractare et si alicujus tumultus habuerit ut non sit delatus a morte in domo ipsius prioris salvus permaneat et de ipso vel ipsis reverendus prior cognoscat. Similiter promittimus per nos et successores nostros ad laudem beati Jacobi quod si alicujus potens aut simplex ipsum priorem aut prioratum detractare voluerit aut depredare brachium nostrum promittimus prestare et cum dicto termino adjuvare et deffendere per nos et successores nostros quantum ad hec usque ad finem mundi. Fuit facta carta ista donacionis IIII idus januarii anno MCLV.—Sig✠num Raimundus Berengarii comes predictus qui ista donacione firmamus testibusque jurare mandamus. Nobilis Ugo de Mataplana. Ermengandus Durgell et

Romeus den Vieg et Petrus Sariera et Jacobus de la Forsa et Guillermus Griffre milites.

LXXXVI.

Perg. n. 296.
Enero 1156.

In nomine Domini anno ejusdem incarnationis MCLVI mense januarii. Ego Raimundus comes Barchinone et princeps Aragonis scio et in veritate recognosco quod ego debeo tibi Guillelmo Leterico et tuis IIII milia et DCC morabatinos de barba rubea bonos et de legali pondere de quibus debeo tibi vel mandatario tuo modo in presenti persolvere et paccare de hac prima paria januarii duo milia morabatinos de prioribus qui inde exierint. Et pro duo milia et DCC morabetinis qui remanent dabo tibi vel tuis medietatem omnium reddituum et exituum que michi aliquomodo deinceps exierint tamdiu donec illos duo milia et DCC morabetinos persolutos et paccatos inde tibi vel tuis habeam sine tuo tuorumque enganno. Adhuc promitto et convenio tibi quod si duo milia morabatini de hac prima paria januarii ad tuam noticiam non persolventur quod ego illos tibi vel tuis persolvam de medietate omnium reddituum et exituum que mihi aliquomodo deinde exierint cum aliis duo milia et DCC morabetinos. Et promitto et convenio tibi quod omnes isti IIII milia et DCC morabetini tibi vel tuis ad tuam noticiam usque ad hoc primum Pascha persolvantur sine tuo tuorumque enganno et ut ita

firmiter tibi et tuis teneam et attendam recipio te in Dei fide et mea. Et ego Guillelmus Raimundi Dapifer convenio tibi Guillielmo Leterico et tuis quod dominus Raimundus Barchinone comes hos IIII milia et DCC morabatinos persolutos et paccatos tibi vel tuis usque ad primum Pascha veniens habeat sicut scriptum est. Quod si non fecerit ammonitus per te vel per nuncium tuum redirem apud Montem-Pessulanum per hostaticum et inde nullo modo dicedam tamdiu donec hos IIII milia et DCC morabetinos tibi vel tuis sine tuo tuorumque dolo persolvantur. Et convenio tibi quod ad illam ammonicionem non fugiam et omnes alios hostaticos ammoneri vel ammonere secundum posse meum faciam et ut ita firmiter tibi et tuis teneam et attendam sicut scriptum est ad tuam noticiam iuro tibi et tuis super IIII Dei evangelia. Sicut Guillelmus Raimundi Seneschal hoc totum juravit per se ita ego Bernardus de Belloloco juro tibi Guillelmo Leterico et tuis per me super IIII Dei evangelia. Sicut Guillelmus Raimundi Dapifer hoc totum juravit per se ita ego Arbertus de Castrovetulo et ego Arnallus de Lercio et ego Berengarius de Turrellas et ego Artaldus de Castronovo et ego Raimundus de Molnelz unusquisque nostrum insolidum iuramus tibi Guillelmo Leterico et tuis super IIII Dei evangelia. Horum omnium suprascriptorum sunt testes Raimundus de Narbona. Guillelmus Atbrandi. Raimundus de Gironda. Raimundus Folcherii. Guillelmus Petri frater eius. Bernardus Belmi. Guillelmus Simeon. Guillelmus de Sancto Sorio. Petrus Castanea. Guillelmus Johanes et Silvester. Similiter sicut Guillelmus Raimundi seneschalcus hoc totum iuravit per se ita ego Raimundus de Vila de muls et ego Guillel-

mus de Castelloveteri et ego Raimundus de Podio-alto quisque nostrum insolidum iuramus tibi Guillelmo Leterico et tuis super IIII Dei evangelia. Et in quantum tu vel tui falleretis in omnibus istis suprascriptis hostaticis morte vel mentimento ego Bernardus Marchuz et ego Petrus Arnaldi quisque nostrum insolidum sumus tibi Guillelmo Leterico et tuis manulevatores et persolutores atque paegatores de his quatuor millia et DCC morabetinos per fides nostras plevitas. Testes sunt Guillelmus Mainardi Colra. Raimundus de Narbona. Augerius de Amico. Raimundus de Badenas. Guillelmus Catalani de Barchinona et Silvester.—Sig✠num Raimundi comes.

LXXXVII.

Perg. nº 297. 15 ene. 1156.

Notum sit omnibus quod ego Lupus pampilonensis episcopus propter plurima malefacta et dampna que injuste et sub tregua fuerant facta a Sancio rege Navarre et ab hominibus ejus comiti barchinonensi et aragonensium principi in regno aragonensi videns dampna et pericula que propter hoc iminebant terre Navarre precibus et mandato predicti regis ac nobilium virorum terre illius intravi in ostatico et in manu jamdicti comitis pro redirigendis et restituendis omnibus dampnis et malefactis que post dictam treguam supradictus rex et sui comiti barchinonensi et suis in terra ejus intulerant. Et conveni ei sub fide

et ordine meo ne ab eius potestate aliquo modo discederem absque eius licencia vel permissione donec omnia supradicta malefacta in integrum ei restituerentur. Tandem quia visum est comiti quod pacta que facta fuerant sibi secundum tenorem rei non implebatur domino pape super me suam querimoniam fecit. Dominus vero papa per literas suas mihi mandavit quatenus iudicio terrachonensis archiepiscopi ac ilerdensis episcopi sicut conveneram comiti ita sibi atenderem et compelerem visis itaque literis domini pape ego Lupus pampilonensis episcopus ad dominum comitem barchinonensem ad Montem-Pessulanum sine mora perveni. Ibique recognoscens me supradictum sibi fecisse ostaticum misi meipsum in potestate sua per ostaticum et conveni ei in osculo pacis sub fide et ordine meo de manu vel potestate sua aliquo modo exirem sine sua licencia et si quandoque ipse mihi daret licenciam exeundi redirem et starem in sua potestate quocienscumque ipse mihi mandaret per se vel per nuncium aut nuncios suos. Et ut hoc totum firmius ei attenderem et complerem feci hoc totum domino comiti convenire dominum meum terrachonensem archiepiscopum et G. barchinonensem episcopum et Ortalle helenensem episcopum concedens in hoc negocio dominum papam jamdicto comiti etiam choadjutorem et hoc totum fuit factum apud Montem Pessulanum in presencia predictorum episcoporum et Guillielmi Montispessulani atque Guillielmi Raimundi Raimundi Dapiferi et Guillielmi de Castro-vetulo ac Bernardi de Bello-loco et Raimundi de Podio-alto et Berengarii de Turre-rubea et Arnalli de Lercio ac Raimundo de Vila de mulis atque Orberti de Castro-vetulo et Ortalli de Castra-novo et alio-

rum plurimorum nobilium virorum. Anno ab incarnacione Domini millesimo CLVI. XVIII kalendas februarii.—Sig✠num Lupi pampilonensis episcopi. Sig✠num Bernardi tarrachonensis archiepiscopi. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. Sig✠num Artalli helenensis episcopi. ✠ Raimundi abbatis Sancti Rufi. Sig✠num Guillelmi Montis-Pessulanis. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Guillelmi de Castro-vetulo. Sig✠num Bernardi de Bello-loco. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Berengarii de Turre-rubea. Sig✠num Arnalli de Lercio. Sig✠num Raimundi de Vila de mule. Sig✠num Arberti de Castro-vetulo. Sig✠num Artalli de Castro-novo. Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit. *(alphabeto divisa.)*

LXXXVIII.

Perg. nº 300.
10 feb. 1156.

Hoc est judicium quod venerabilis Raimundus comes barchinonensis et princeps Aragonis fecit dari inter Poncium abbatem Sancti Johannis et Raimundum de Maureia de contencione que erat inter eos de quibusdam alodiis que sunt in valle Sancti Johannis scilicet in Jesso et in Negos. Conquerebatur etenim supradictus Raimundus super predicto abbate dicens quod predicta alodia fuerant bisavi sui Bernardi Mironis et reliquid ea avo suo Arnallo Bernardi de Belodel cui ipse legitime succedere debebat sed jamdictus abbas auferebat ei prefata alodia. Ad hoc

respondebat ei abbas quod Bernardus Johannes qui habebat predicta alodia in pignore ei supradicto Arnallo Bernardi dimisit ea Sancto Johanni tali quidem modo ut si aliquis qui legitime succederet jamdicto Arnalbo redderet C manchusos cetis vel iafaris Sancto Johanni pro quibus habebat hoc pignus recuperaret ipsa alodia. Quod totum evidenter ostendit jamdictus abbas ex testamento Bernardi Johannis quod predictus Raimundus de Maureia protulit in eodem placito. Preterea jamdictus abbas ostendit cartam de jure corroboratam in qua continebatur quod Bernardus Arnalli et Raimundus Arnalli filii predicti Arnalli Bernardi de Belodel donaverunt et concesserunt ac pro CC solidis beato Johanni supradicta alodia integre vendiderunt. Postquam vendicionem monasterium Sancti Johannis XL annis hunc honorem possiderunt. Ad hoc respondit Raimundus de Maureia quod pater suus Berengarius Arnalli qui erat major filius Arnalli Bernardi unquam hoc deffinivit vel vendidit similiter due sorores patris sui que absque liberis et inttestate decesserant nunquam hoc deffinierunt. Et contra respondit supradictus abbas quod ille supradicte sorores nunquam inde aliquod verbum fecere in vita neque in tempore mortis. Propterea quidam magnates Arnallus de Lerc et Raimundus de Vilademuls ex precepto illustris viri supradicti Raimundi comiti et principio super hoc judicantes inquisierunt ab utraque parte utrum haberet testamentum supradicti Arnalli Bernardi ex quo cognosceretur cui vel quibus relicta essent supradicta alodia. Illis vero testamentum se habere negantibus immo Arnallum Bernardi de Belodel intestatum obisse affirmantibus judicaverunt predicti judices quod Raimundus de Maureia red-

deret quintam partem de ipsis C mancusis pro quibus erat in pignore et recuperaret quintam partem de ipso honore totum vero aliud monasterio Sancti Johannis in perpetuum habendum judicaverunt.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Bernardi urgellensis episcopi. Sig✠num Arnalli de Lerc. Sig✠num Raimundi de Vila de Muls.—Actum est hoc in Helenensi ecclesia IIII idus februarii anno ab incarnacione Domini CLVI post millesimum ✠. Artalli helenensis episcopi.—Jordanis Levita scripsit hoc sub die et anno ✠ quo supra.

LXXXIX.

Perg. n° 301.
3 mar. 1156.

Cunctis sit manifestum qualiter ego Berengarius de ipsa Guardia filius qui fui Revertarii vice-comitis libenti animo et bona voluntate vendo tibi domno Raimundo Berengarii barchinonensium comiti et tuis meum castrum de ipsa Guardia cum toto ipso monte Montis-serrati in quo hedificatum est et cum omnibus suis terminis et pertineciis et tenedonibus cultis et heremis cum montibus et planis garricis et silvis et rochas vieductibus et reductibus cum aquis et aquarum meatibus cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus que ad jamdictum castrum pertinent vel quocumque modo pertinere debent sicut melius habeo vel habere debeo per vocem genitorum meorum et per alias quaslibet voces et unquam genitores mei melius habuere et tenuere sive ha-

bere debuere quibuscumque modis et vocibus. Sic eadem supranominata omnia integriter et que de termino ejusdem castri modo vel in antea inveniri poterint vendo tibi predicto Raimundo Berengarii barchinonensium comiti tuisque successoribus ac ut melius dici vel intelligi sive nominari potest ad tuum tuorumque salvamentum de meo meorumque jure et dominio in tuum tuorumque successorum trado dominium et potestatem ad tuum proprium plenissimum liberum et franchum alodium secure et libere ac quiete et in sana pace jure perpetuo omni tempore possidendum ad quicquid ibi vel exinde facere vel judicare volueris plenam et integram in Dei nomine habeas inde tu et tui libertatem et potestatem sine ullo meo meorumque retentu et sine ulla voce ibi vel a meis a me ullo modo retenta et sine vinculo ullius hominis vel femine et absque ullius contrarietatis obstaculo. Accipio namque a te prelibato Raimundo comite pro hac vendicione CCC morabetinos bonos ajadinos in auro sine engan et cavallum unum et mulum unum et de isto precio nichil apud te remansit. Et est manifestum si quis hanc venditionem violare vel infringere temptaverit nil valeat sed supradicta in duplo componam sive componat et insuper hec venditio omni tempore maneat firma. Acta est III idus marcii anno XX regni Ledovici junioris annus Dominice incarnacionis millesimus CLVI. Et fuit facta hec venditio in presencia Guillelmi barchinonensis episcopi et Guillelmi Raimundi Dapiferi et Guillelmi de Castro-vetulo. Raimundo de Podioalto. Bernardi de Bello-loco et Mironis de Luciano et Raimundi de Castelleto et Bernardi Marcucii et Petri Arnalli vicarii atque Petri Arberti.—Sig✠num Berengarii de Guar-

dia. Sig✠num Ermessendis uxoris ejus. *(Sigue una firma árabe que dice Berenguer ben Reverter ó sea Berenguer hijo de Reverter)* qui hec laudo et firmo firmarique rogo. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi ✠. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Bernardi de Bello-loco. Sig✠num Mironis de Luciano. Sig✠num Raimundi de Castelleto. Sig✠num Petri Arberti. Sig✠num Bernardi Marcucii. Sig✠num Petri Arnalli vicarii Barchinone. Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hec scripsit die et anno quo supra.

XC.

Bulas Pontificias. Leg. 1. n. 16. 6 abr. 1156.

Hoc est translatum sumptum a quadam carta pergamenea bullata bulla plumbea pendenti in filis ciricis rubei coloris domini Adriani recolende memorie Summi Pontificis cujus tenor talis est.—Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Andree dominici Templi magistro ejusque fratribus tam presentibus quam futuris religiosam vitam professis in PP. M. *(partibus marinis)* officii nostri auctoritate compellimur et predecessorum nostrorum romanorum Pontificum exemplis instruimur que religiosis locis et pauperibus divino cultui mancipatis a regibus principibus et aliis Christi fidelibus devotionis intuitu racionabiliter conferuntur sedis apostolice munimine roborare. Inde est quod dilecti in do-

mino filii justis vestris postulationibus gratum impartientes assensum donationes et concessiones quas Raimundus Berengarius barchinonensium comes bone memorie Roberto predicti Templi magistro et fratribus ejus fecisse dinoscitur sicut rationabiliter facte sunt et scripto ipsius comitis continetur vobis vestrisque successoribus auctoritate sedis apostolice confirmamus et ratas et inconvulsas manere dicernimus. Donationem videlicet Castri quod dicitur Montso castrum etiam Mongaudi castrum Xalamnera Burburanum cum universis pertinenciis omnium predictorum castrorum castrum quod dicitur Remulinis castrum Corbinis cum omnibus pertinenciis suis honorem Lupsancii de Belixich mille solidos in Osca mille solidos in Cesaraugusta vobis et successoribus vestris annis singulis persolvendos. Quintam partem quam predictus comes de omnibus expeditionibus Ispanie videlicet de vestris hominibus sicut in perpetuum vobis concessit habendam. Quintam quoque partem ex terris sarracenorum ex tunc in posterum divina clementia capiendis leudas consuetudines et pedagia que vobis ab eodem comite per totam terram suam sicut in vestra causa remissa et quedam alia que in eodem instrumento plenius continentur. Concessiones etiam decimarum consensu bone memorie terrachonensis atque venerabilium fratrum nostrorum Bernardi cesaraugustani Dodonis oscensis Raimundi ausonensis Berengarii gerundensis et Guillermi rotensis episcoporum facte sunt sicut eorum suscriptiones ostendunt vobis vestrisque successoribus nichilominus confirmamus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre confirmationis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove

commonita si non-reatum suum congrua emendatione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu-Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ulcioni subjaceat observantibus autem sit pax domini nostri Jesu-Christi quatinus et hic fructum bone accionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. ✠ Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ✠.—✠ Ego Guido presbiter cardinalis tituli Sancti Grisagoni.—✠ Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli Sancte Praxedis.— ✠ Ego Julius presbiter cardinalis tituli Sancti Marcelli.— ✠ Ego Bernardus presbiter cardinalis tituli Sancti Clementis. —✠ Ego Octavianus presbiter cardinalis tituli Sancte Cecilie.— ✠ Ego Gerardus presbiter cardinalis tituli Sancti Stephani in Celiomonte.— ✠ Ego Henricus presbiter cardinalis tituli sanctorum Nerei et Achillei.— ✠ Ego Johanes presbiter cardinalis tituli sanctorum Silvestri et Martini.— ✠ Ego Lencius portuensis Sancte Rufine episcopus. —✠ Ego Otto diaconus cardinalis Sancti Georgii ad velum aureum.— ✠ Ego Guido diaconus cardinalis Sancte Marie in Portico. — ✠ Ego Jacintus diaconus cardinalis Sancte Marie in Comydyn.— ✠ Ego Odo diaconus cardinalis Sancti Nicolai in carcere Tulliano.—Data Beneventi per manum Rolandi sancte romane Ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii VIII idus aprilis indictionis IIII incarnationis dominice anno M°C°L°VI pontificatus vero domini Adriani pape IIII anno II.—Sig✠num Jacobi de Folcheriis notarii publici Barchinone pro teste subscribentis.

—Sig✠num Berengarii de Lirana notarii publici Barchinone testis hujus translati.—Sig✠num Berengarii de Vallesicca notarii publici Barchinone testis hujus translati.—Sig✠num Bernardi de Ponte vicarii Barchinone et Vallesii qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo non cancellato nec in aliqua parte sui viciato ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem impendimus et decretum ut ei tanquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur appositum per manum mei Bernardi de Cumbis notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii ejusdem civitatis in cujus manu et posse dictus vicarius hanc firmam fecit. Octavo idus septembris anno Domini millessimo CCC° undecimo. Presentibus testibus Bernardo de Daurats. Jasperto de Examins et Petro de Comellis. Et ideo ego Bernardus de Cumbis notarius predictus hec scripsi et hoc meum sig✠num hic apposui.—Sig✠num Bernardi de Villa-rubia notarii publici Barchinone qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo et cum eodem legitime comprobatum scribi fecit et clausit octavo idus septembris anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

XCI.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Hec est conveniencia et concordia que facta est inter domnum et illus- Reg. 1 fol. 18. Mayo 1156.

trissimum Ildefonsum Ispaniarum imperatorem filiosque ejus Sancium et Ferraudum reges ac venerabilem R. comite barchinonense. Ego igitur R. comes barchinonensis princebs Aragonis ac Provincie marchio concedo et laudo et recognosco illam divisionem et convenienciam per medium factam inter me et illustrissimum imperatorem Adefonsum et filios ejus regem Sancium atque Ferrandum de regno Navarre ejusdemque terris sicut olim statutum est inter nos et religione sacramenti firmatum et scriptura illa resonat que facta fuit in loco qui dicitur Tudilen justa Aquas-calidas VI kalendas februarii anno Domini M°C°L°. Concedo itaque et convenio ego predictus comes jamdicto imperatori Adefonso et filiis ejus suprascriptis ut nunquam recipiam nec manuteneam nec deffendam regem Sancium Navarre dictis neque factis nec auxilium ei prebeam aliquo modo contra voluntatem imperatoris et filiorum suorum. Ita quidem quod imperator et filii ejus non manuteneant nec defendant jamdictum regem Sancium Navarre nec auxilium ei prebeant aliquo modo dictis nec factis contra voluntatem meam. Et quia placuit excellentissime majestati domini imperatoris ad insolubile perpetue dileccionis vinculum innodandum dare filiam suam filio meo in uxorem ego innumerabiles ei gracias referendo jure matrimonii recipio eam filio meo in uxorem et do ei filium meum filie sue in virum in causimento et beneplacito suo. Prephatas autem conveniencias ego jamdictus comes laudo et per fidem meam sine dolo et fraude confirmo perficiendas atque complendas. Hoc Petrus cesaraugustanus episcopus et Guillermus barchinonensis episcopus per fidem et ordinem suam confirmant et Raimundus de Podio-alto et Palacinus ac

Raimundus Ville-mulorum religione sacramenti hoc idem confirmant. Comes vero Arnallus palearensis et Guillelmus Raimundi Dapifer qui convenienciam inter nos factam juraverunt istas sub eadem atestacione juramenti confirmant. Acta conveniencia apud urbem Ilerdam mense maio era M^aCC^aXC^aV^a (1) anno ab incarnacione Domini M°C°L°VI°.

XCII.

Perg. n° 291.
Oct. 1156.

Anno ab incarnatione Domini MCLVI mense octobris dum comes erat in Provincia recepit Poncius de Guillielmo Agela ornamenta Sancti Martini de Stopanna. In primis III palis de seta et unam casulam de pali et aliam de fustanis et aliam de lino et III estolas et tria manipula et unum camis et IIII amictus et VII oralia et tria signa et unam almaganam et VII supraltaria de lino et duos palis feriales et IIII capas officiales et I cortinam de pali et duas de lino et unam dalmaticam de pali et aliam de cedato viridi et unam aram benedictam et I pectinen eboris et tres capsas reliquiarum et unum calicem de stagno alterum vero stagneum calicem habebat domna Sancia et duas cannadelas stagni et tria candelabra ferrea et duo turibula et unum urceum et duas archas et I missale parvum et alterum missalem majorem et I librum storialem et alium sanctoralem et I epistolarium et I officii godeesc et I responsorium et I psalterium et III lampadas.—Omnia supra-

(1) El escribiente equivocó esta fecha al estender el documento.

scripta comendavit Poncius eidem Arnallo Agela in presencia Jordani et Raimundi de Liminiana qui erant ibi. Preter hec solebant esse ibi calix argenteus et crux argentea que non invenit ibi Poncius et unus liber quem P. Guillelmi acomodavit Vincencio.

XCIII.

Reg. 9 fol. 18.

Quod nos Jacobus etc.[a] Vidimus instrumentum donationis quam Raimundus comes barchinonensis et princeps aragonensis olim fecit Gascheto de tribus partibus castri de
1157. Flixio cujus tenor talis est.—Notum sit cunctis quod ego Raimundus comes barchinonensis princeps regni aragonensis donavi ad Bonifacium duas partes de Flixio et sicut dedi ei illas duas partes de Flexio sic dono et filio suo nomine Gascheto et eredi suo illas tres partes de Flexio integriter et dono ei in Matarramam Almozug et medietatem et Avorram et LX cafiz de seminatura in . . . . et illam Almuniam quam Alfaquimus provisu meo patri suo tradidit et demonstravit. Actum est hoc anno ab incarnacione Domini (MCL) septimo.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi Raimundi. Sig✠num Guilleimi de Castro-vetero. Sig✠num Arberti de Castro-vetero. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Berengarii de Turre-rubea. Sig✠num Petri Aicardi qui hoc scripsit cum literis emmendatis in linea tercia.—Ut igitur in posterum

de ipsius tenore plena pateat certitudo ipsum hic de verbo ad verbum nichil addito vel mutato fecimus adnotari volentes et concedentes quod presens pagina tanquam ipsum originale plenam imperpetuum in judicio et extra judicium roboris obtineat firmitatem. Datum apud Dertusam nonas februarii anno Domini millesimo CCL septimo.

XCIV.

In nomine domini nostri Jhesu-Christi. Ego Raimundus Perg. n. 317. 1157.
comes barchinonensis princebs regni aragonensis ac Tortose et Illerde marchio ad honorem Dei qui honorantes se honorat. Ad salutem anime patris mei et matris mee ad exaltandam Christi ecclesiam ad propagandam sancte christianitatis fidem et religionem ad deprimendam et confundendam gentem maurorum pro redempcione anime mee et parentum meorum et peccatorum meorum remissione dono et laudo firmiterque concedo hac indicante scriptura omnipotenti Deo et hospitali Iherosolimitano ac Raimundo magistro hospitalis et cunctis fratribus hospitalis tam presentibus quam futuris illas covas de Remolino que sunt inter Polam et Pradellam cum omnibus suis terminis et pertinenciis cultis et incultis et cum paschuis silvis garriciis petris sotibus et aquis et ecclesiam cum omni jure suo vieductibus et reditibus. Et dono etiam Senam et Sexenam que sunt in ripam Alchanadri cum omnibus suis terminis et

pertinenciis cultis et incultis cum paschuis silvis garriciis petris sotibus et aquis et molendinis vieductibus et reditibus et ecclesias cum omni jure suo. Et dono III meos molendinos que sunt in termino kastri de Algoria juxta Almoniam quam hospitali dedi Iherosolimitano et terciam partem cujusdam molendini qui est in eodem termino quam michi retinueram. Et dono eis kastrum de Cervera aut kastrum de Cullera cum Deus michi vel successoribus meis dederit ita tamen ut fratres hospitali habeant potestatem eligendi unum istorum quodcumque voluerint et alterum michi remaneat et illud kastrum quod ipsi elegerint habeant libere cum omnibus suis territoriis et pertinenciis cultis et incultis cum paschuis silvis garriciis petris aquis piscacionibus salinis molendinis vieductibus et reditibus et ecclesiis cum omni jure suo. Et dono decimam partem terrarum Hispanie que modo est in potestate sarracenorum si sine extraneorum auxilio aquirerem. Veruptamen si contigeret quod ego alicui vel aliquibus aliquam partem jure hereditario atribuerem decimam partem ad utilitatem domus. Et dono quendam locum inter Empostam et mare ubi possint puteos facere et quodcumque voluerint. Et dono illam terram que est suptus rupem que vocatur Vallesa sicut terminum Candele extenditur usque ad flumen Iberis.—Facta est hec donacio apud kastrum de Stopanano in manu domini Raimundi magistri Iherosolimitani hospitalis Guillelmi de Bellomes. Rainoardi de Laurada. Gaufridi de Bresilg prioris Emposte. Guillelmi capellanis magistri. Si qua autem laica ecclesiasticave persona presentem donacionis scripturam sive donacionem in aliquo vel in toto dimovere temptarit iram Dei incurrat et tamdiu excomu-

nicationi subjaceat donec digne satisfaciat. Anno Dominice incarnacionis MCLVII.—Sig✠num Guillelmi illerdensis episcopi. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Peronelle aragonensium regine et comitise barchinonensis.

XCV.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris ad quos hec scriptura pervenerit quod post mortem prestantissimi imperatoris Adefonsi orta fuit discordia et controversia inter illustrem Sancium regem jamdicti imperatoris filium ac venerabilem Raimundum comitem barchinonensem et aragonensium principem super Cesaraugustam et Chalataiub et omnibus ad regnum cesaraugustanum pertinentibus que prephatus comes ab ipso imperatore habebat. Tandem jamdictus barchinonensis et princeps aragonensis intervenientibus plurimis sapientibus ac discretissimis viris volens cum jamdicto rege Sancio nepote suo ad finem et concordiam pervenire posuit hoc totum in manu et in causimento regis jamdicti. Rex autem videns bonam voluntatem avunculi sui comitis supradicti ex liberalitate sua et spontanea voluntate concedit et donat Raimundo primogenito filio jamdicti comitis Cesaraugustam et Calataiub et omnia ad predictum regnum cesaraugustanum pertinencia. Quod si predictus primogenitus filius comitis obierit sine legitima prole habeat predictum regnum cesarau- Reg. I fol. 18. Feb. 1157.

gustanum et omnia ad ipsum regnum pertinencia ille filius vel filia jamdicti comitis qui regnum aragonensem habuerit et sic fiat per successiones posteritatis imperpetuum. Ea tamen condicione ut ipse primogenitus filius comitis aut ille filius vel filia jamdicti comitis qui regnum cesaraugustanum habuerit faciat hominium prenominato Sancio regi et omnibus successoribus suis qui de genere suo regnum Castelle tenuerint et sit homo ejus de isto honore excepto quod non donet nec donent ei vel eis potestatem de predicto honore et faciat vel faciant ei inde tale servicium quod quandocumque rex Sancius se coronaverit et cum vocaverit veniat ad curiam suam et dum coronabitur ante ipsum teneat ensem. Et convenit predictus Raimundus filius jamdicti comitis barchinonensis ut valeat prephato Sancio regi contra omnes homines exceptis hominibus suis de quibus ei directum facere possit. Simili modo predictus rex Sancius convenit supra scripto Raimundo filio jamdicti comitis ut valeat ei contra omnes homines exceptis hominibus suis de quibus ei directum facere possit. Et sic fiat per successiones sine fraude et dolo in perpetuum. Facta ista carta in mense februarii in era MCXCVI anno ab incarnacione Domini MCLVII in loco qui dicitur Haxama. Hujus finis atque concordie sunt testes visores et auditores comes Amalricus. Comes Poncius. Comes don Beila. Goter Ferrandus. Gomez Gonzalvez. Albaro Pedriz. Gozalvo Gudriz. Sancius Diaz. Comes urgellensis Ermengaudus. Comes Palearensis Arnallus. Comes Melgorii. R. Berengarii. Guillelmus Raimundi. Guillelmus de Castro-vetulo. Raimundus de Podio-alto. Berengarius de Torroja. Palacinus. Furtun Acenarez. Petrus de Castelaciolo. Ga-

lindo Xemenez de Belxid. Sancius Enecones. Blascho Maza. Petrus Lopez de Luna. Ego J. toletanus archiepiscopus et Ispaniarum primas subscribo. C. Saguntinus episcopus subscribo. Rodericus calagurrensis episcopus subscribo. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi ✠. Sig✠num Bernardi urgellensis episcopi. Sig✠num comitis Amalrici. Sig✠num Goter Ferrandus. Petrus Dei gracia cesaraugustanus episcopus ✠. Martinus tirasonensis episcopus audivi vidi subscripsi ✠. Sig✠num Guillelmi Raimundi Sig✠num Gomez Gonzalvez. Sig✠num comitis Vela. Sig✠num comitis Poncii. Sig✠num Raimundi comes. ✠ Rex Sancis. Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit per mandatum comitis et regis.

XCVI.

Perg. nº 316. Feb. 1157.

Notum sit omnibus hominibus ad quos hec scripta pervenerit. Quoniam ego Lupus pampilonensis episcopus atorgo et recognosco tibi Raimundo Berengarii barchinonensium comiti atque aragonensium principi ipsum ostaticum quod tibi feci pro quo sum in manu tua per mandatum domini mei pape et sicut in cartis et scriptis inter me et te habetur et continetur. Et convenio tibi in bona fide et ordine meo ut cum fuero restitutus in ordine et oficio meo a quo sum modo suspensus interdicam regem Navarre et totam ipsam terram et tandiu sub interdicto tenebo quous-

que pro ostatico isto quo tibi subpositus sum tibi jamdictus rex satisfaciat et castra mea que michi abstulit et honorem michi restituat. Convenio etiam tibi in recta fide mea ut cum recuperata habuero castra et honorem meum adjuvabo te et valebo tibi per fidem sine tuo engan contra omnes homines sine aliqua fraude cum omnibus meis castellis et villis et hominibus meis et cum omnipotencia mea et dabo tibi potestatem de ipsis castris que recuperavero si eam michi quesieris sine ullo tuo engan. Et propter dampnum quod tibi evenit pro isto meo osatico faciam tibi emendacionem et restitucionem qualem tu suprascripte comes michi mandaveris vel barchinonensis et cesaraugustanus episcopi michi laudaverint et consuluerint. Sicut superius scripta sunt omnia ita convenio et affido tibi Raimundo comiti suprascripto in vera fide et ordine meo ac romane ecclesie debita reverencia pro cuius mandato et obediencia in tuo sum devolutus ostatico ut ita compleam tibi firmiter et attendam sine tuo engan excepto quantum tuo grato animo me inde absolveris vel prolongaveris. Et juro tibi propria manu ut sicut superius scripta sunt omnia ita faciam tibi et ita compleam et attendam sine tuo engan per hec sancta IIII evangelia. Ego insuper Raimundus comes jamdictus convenio tibi suprascripto L. pampilonensi episcopo ut ex tunc valeam tibi et adjuvem te cum mea potencia sine tuo engan. — Actum est hoc in mense februarii apud Cesaraugustam in presencia episcoporum videlicet barchinonensis ac cesaraugustani in era millesima CXCVI anno ab incarnatione Domini millesimo CLVII. Sig✠num Lupi ✠ pampilonensis episcopi. Sig✠num Guilelmi barchinonensis episcopi ✠. Petrus Dei gracia cesarau-

gustanus episcopus ✠. Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit.

XCVII.

Perg. n. 302. Abril. 1157.

Sit notum omnibus hominibus quoniam ego Raimundus Dei gracia comes barchinonensis regnique princeps aragonensis dono tibi Garcie Moravid totam ipsam villam que dicitur Ronzas-valles integriter et potenter cum omnibus directis et usaticis suis et cum omnibus leztis et justiciis suis et cum omnibus pertinenciis suis et cum omnibus terminis cultis et eremis cum aquis et paschuis cum omnibus in se existentibus et ad eandem villam qualicumque modo pertinentibus et cum omnibus ad regiam dignitatem pertingentibus. Et iterum dono tibi firmiter et integriter totam ipsam villam que dicitur Urruoz cum omnibus suis terminis et pertinentiis cum mercatis et leztis suis et cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus que ad regalia pertinent vel pertinere debent. Itemque dono tibi totam ipsam villam que dicitur Ovanus cum omnibus terminis et pertinenciis suis cum aquis et paschuis et cum omnibus ad regalia pertinentibus. Et dono tibi in Galipenz totam ipsam laboracionem bovum firmiter et integriter quam rex Adefonsus ibi tenebat in dominio. Omnia vero superius scripta ego jamdictus comes barchinonensis princeps aragonensis dono tibi supranominato Garcie Moravit et omni generacioni tue sive

posteritati salva mea fidelitate et de omni mea posteritate in perpetuum per secula cuncta.—Facta ista carta mense aprilis apud Ilerdam civitatem quando comes venit de Provincia superato Ugone de Baucio et sociis eius in era milesima CLXXXXIIII anno ab incarnacione Domini millesimo CLVII regnante sive dominante me Raimundo comite in Aragone in Suprarbe in Ripacurza et in Cesaraugusta et in Calataju et in Darocha: episcopo Dodone in Oscha: episcopo Petro in Cesaraugusta: episcopo Lupo in Pampilona: Furtun Acenarez in Tarazona et in Unocastello: Frontino in Elsone. Sunt testes Arnallus Mironis comes palearensis: Ferriz: Arpa: Deusajuta: Alamannus de Luna.—Sig✠num Guillelmi Raimundi Senescale. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Berengarii de Turrerubea. Sig✠num Guillelmi de Castro-vetulo. Sig✠num Arberti fratris ejus. Sig✠num Geralli de Jorba.— Poncius scriptor comitis hoc scripsit et hoc sig✠num de manu sua fecit suprapositis litteris in linea VII.ª

XCVIII.

Perg. nº 304
5 abr. 1157.

Anno dominice incarnacionis CLVII post millesimum. Datum est hoc judicium inter ecclesiam Sancti Johannis et Gaucerandum de Sales super querimoniis et responsis hinc inde factis ante presenciam domini Raimundi barchinonensium comitis aragonensium principis et marchionis. Con-

questus est siquidem Poncius predicte ecclesie abbas quod Gaucerandus de Sales auferret ei omnem illum honorem de Aquaça quem Arnallus Johannis pater eius et Berengarius Arnalli avunculus predicti Gaucerandi dimiserat diffinierat et ex toto deliberaverat et in potestate predicte ecclesie et habitantium in ea cum scriptura quam ipse proferebat perpetuo habendum tradiderat. Ad hec sic respondit Gaucerandus quod honorem predictum nunquam tenuerant habitatores ecclesie beati Johanis postquam scriptura quam abbas proferebat fuit facta. His itaque racionibus diligenter auditis atque discussis judicaverunt in curia predicti comitis Guillelmus Sancti Felicis abbas et Borrellus judex atque Arnallus de Lercio et Dalmacius de Petraincisa quod predictus abbas per idoneos testes probaret habitatores ecclesie beati Johannis possedisse honorem quem aclamabat de Aquacia postquam carta quam proferebat fuit facta et si facere posset judicaverunt honorem cum fructibus integriter abbati supradicte ecclesie restitui a tempore scilicet quo predictum honorem habitatores predicte ecclesie aclamaverunt et si in probacione deficeret predictus abbas Gaucerandus prestet sacramentum se nescire hunc honorem ecclesiam beati Johannis tenuisse postquam jamdicta carta fuit facta. Quo facto nisi hanc cartam poterit Gaucerandus legaliter et racionabiliter infirmare judicaverunt ut ecclesia beati Johannis perpetuo habeat quod per eam ei asignatum est. Scriptum est hoc judicium apud Gerundam et datum per manum Borrelli judicis nonas aprilis anno XX regni regis Leudovici junioris.—Sig✠num Raimundi comes.—Berengarius gerundensis episcopus.—✠ Guillelmus Sancti Felicis abbas. Sig✠num Arnalli de

Lercio. Sig✠num Dalmacii de Petra-incisa. ✠ Petrus Borrelli sacrista et judex.—Jordanus Levita scripsit hec sub die et anno ✠ quo supra.

XCIX.

Perg. nº 303. 29 abr. 1157.

Hoc est judicium quod dederunt judices a domno Raimundo Berengarii comite barchinonensi electi in civitate Ilerda coram quamplurimis nobilibus viris Ermengaudo videlicet urgellensi et Arnaldo Mironis palearensi comitibus et Raimundo Fulchonis vice-comite et Guillelmo Raimundi Dapifero et Gaucerando de Pinos et Guillelmo de Castro-vetulo et Raimundo de Villa-mulorum comitoribus et episcopis barchinonensi et ilerdensi et aliis multis tam barchinonensibus quam aragonensibus seu urgellensibus clericis militibus atque burgensibus super querimoniis et responsis raciocinatis et placitatis inter vice-comitem barchinonensem et Petrum de Podio-viridi. Judices quidem fuerunt supradicti episcopi et palearensis comes et Borrellus gerundensis judex et Guillelmus de Castro-vetulo et barchinonensis sacrista et Raimundus de Villa-mulorum et Raimundus de Podio-alto et Berengarius de Turre-rubea et Bernardus de Mossed elenensis archidiaconus et Bernardus Marcucii et Petrus Arnalli vicarius Barchinone et ex parte comitis sue racionis assertores et defensores Guillelmus Raimundi Dapifer et Petrus vicensis sacrista et ex parte Petri contra

istos Guillelmus urgellensis sacrista et Gaucerandus de Pinos et Miro Guillelmi de Podio-viridi. Primum conquestus est dominus comes de supradicto Petro quod auferebat ei suum alodium quod multo labore et magnis expensis recuperaverat de manibus sarracenorum castrum videlicet de Penna-freta et de Apiera cum terminis suis addens etiam quod turpiter et percuciendo ejecerat suos homines ex isto alodio ipse Petrus. Ad hoc respondit Petrus quod quidam avunculus suus Arnallus Petri videlicet adquisierat castrum de Penna-freta per donum Raimundi Berengarii vetuli comitis barchinonensis et uxoris sue Adalmodis et filiorum suorum Raimundi Berengarii et Berengarii Raimundi ad fidelitatem ipsorum quatuor successorumque suorum sicut in scriptura adquisicionis et conveniencie resonare cognitum fuit quam in placito ostendit : castrum vero de Apiera ipse idem Arnallus Petri adquisierat a comite urgellensi Ermengaudo in alodium qui Ermengaudus adquisierat illud castrum de Apiera cum castro de Barberano per donum Berengarii Raimundi supranominati asserens hoc esse verum per scripturas quas in placito demonstravit. et in scriptura quam Berengarius Raimundi fecerat Ermengaudo continebatur quod per istum donum prefatus Ermengaudus faceret ei adjutorium et defensionem contra cunctos homines vel feminas juste sive injuste: et ob hoc defuncto Arnallo Petri predicto et filio suo evenisse hanc adquisicionem Vidiano patri suo et ex ipso per testamentum ad ipsum Petrum: asserens etiam has adquisitiones per supradictas voces longa possessione habuisse et modo in presenciarum habere ad ipsam eandem fidelitatem que in scripturis resonare videtur. Et dominus comes respondit ad hoc infirmando prio-

rem scripturam Raimundi Berengarii vetuli videlicet ob hoc quia nomina auctorum non erant inibi subsignata manibus propriis sicut in aliis scripturis quas ipsi fecerant inveniri poterat: ipsam vero scripturam quam Berengarius Raimundi fecerat Ermengaudo comiti urgellensi dicebat et credebat non esse veram tum quia vocabit se regem Barchinone cum non esset nec locus regalis tum quia erat rasa ad dampnum auctoris tum quia non erat subsignata propria manu auctoris sicut in aliis scripturis facere solitus fuerat tum quia fuerat facta scriptura ipsa in diebus Raimundi Berengarii vetuli patris Berengarii Raimundi secundum tenorem annorum sicut resonat in ipsa eadem scriptura: et etiam dicebat Berengarium Raimundi hunc honorem neque alium habuisse vivente patre suo immo hanc eandem scripturam si veram stare constiterit factam fuisse post mortem Raimundi fratris sui quem ipse Berengarius Raimundi injuste et fraudulenter occidi fecerat (1) et ex hoc et propter hoc fuit convictus et comprobatus ad homi-

---

(1) Como el indulgente P. Diago quiso en su historia de los Condes de Barcelona lavar á don Berenguer Ramon II de la mancha de fratricida de Ramon Berenguer II *Cap de estopa*, pondremos por via de nota otra prueba de la certeza de este hecho, sacada del Cartulario grande, n.° 13, del monasterio de San Cucufate del Vallés, que actualmente se custodia en este Archivo general, y dice así: — «Cunctorum notitie significare necessarium videtur qualiter ego Raymundus Berengarii comes Dei gratia barchinonensis et marchio divinis auctoritatibus obtemperare cupiens monasterium Sancti Laurentii quod a progenitoribus meis constructum ad me usque hereditaria successione pervenit ob remedium anime mee vel parentum meorum offero et dono Domino Deo et Sancti Cucuphatis octavianensi cenobio in cujus alodio certis scripturarum indiciis probatur esse conditum. Hoc itaque Sancti Laurentii de Ipso Monte monasterium quod a principio

cidam et traditorem in curia Eldefonsi regis castellanorum sicut multi hujus terre homines noverunt: dicens ob hoc dominus comes scripturam aliam quam Ermengaudus Arnallo Petri fecerat nec possessionem per vocem istarum scripturarum invalidarum possessam nullum valorem habere nec habuisse. Ad hec respondit Petrus de Podio-viridi scripturam Raimundi Berengarii vetuli et Berengarii Raimundi filii sui non esse minus bonas quia non erant subsignate propriis manibus auctorum quia ipsi multas alias scripturas consimilibus signis subsignatas fecerant quas firmas et stabiles ex jure stare constabat: et de rasura respondit ipsam non fecisse nec aliquem se sciente ad dampnum auctoris: et de hoc quod dominus comes dicebat scripturam factam fuisse vivente Raimundo Berengarii vetulo respondit Petrus hoc se nescire affirmando si factum fo-

---

monachos et abbatem ipsius loci fundatores habuisse constat ab ipso Sancti Cucuphatis cenobio cum omnibus ad se quocumque modo pertinentibus barchinonensi episcopo Berengario ejusdem sedis canonicis faventibus justumque fore indicantibus sub illius jure debere permanere a quo conditionis et religionis principia noscitur suscepisse reddo et trado subdo juri et potestati pretaxati Sancti Cucuphatis cenobii quatenus ipsum Sancti Laurentii monasterium cum omnibus que in presentiarum habet vel in futurum habiturus est sub dispositione sive tuitione atque dominio abbatis monachorumque Sancti Cucuphatis in perpetuum consistat et quidquid inde facere vel judicare voluerint quod ab ecclesiastica non discrepet regula liberam in omnibus secundum Deum habeant potestatem monastica religione ibidem perpetuo vigente. Donum autem illud quod a fratricida Berengario post parricidium Tomeriensi abbati inde dicitur esse factum justitie obvium condempnatione dignum meo meorumque nobilium generali judicio habetur semper irritum. Si qua etiam cujuscumque dignitatis vel mediocritatis persona hoc nostre munificentie donum disrumpere vel inquietare presumpserit XXX purissimi argenti libras cenobio se

ret Berengarium Raimundi prephatum honorem per donum patris sui adquisivisse. Et quia comes dicebat in sua defensione scripturam ipsam esse factam post mortem Raimundi Berengarii quem frater suus Berengarius Raimundi occidi fecerat negavit hoc Petrus asserens scripturam esse factam in vita prefati occisi facta divisione istius honoris et ob hoc valere scripturas cum sua possessione. Iterum dominus comes addidit in sua defensione quia filius Arnalli Petri obierat intestatus et sterilis prefatum honorem ad dominum qui ipsum dederat vel ad suos heredes debere reverti secundum suam cognicionem vel secundum mores curie barchinonensis. Tandem auditis utriusque partis racionibus cum suis objeccionibus et deffensionibus judicaverunt predicti judices quod si dominus comes infirmare potuerit scripturas sibi objectas per aliarum scripturarum contropaccionem manibus propriis subsignatarum vel potuerit probare scripturam a Berengario Raimundi factam ut asserit in vita patris sui Raimundi Berengarii vetuli vel potuerit

---

predicto Sancti Cucuphatis componat et in antea hec donatio firma persistat contra cujus temerariam presumptionem me defensorem et ultorem atque in omnibus protectorem esse promitto et confirmo domino Deo et sancto Cucuphati ejus martyri. Actum est hoc anno dominice incarnationis LXXXXVIIII post M VII kal. Novembr.—Berengarius barchinonensis episcopus salvo jure ejusdem sedis. Sig✠num Raimundi levita atque præpositus. Sig✠num Stephanus levita. Sig✠num Raymundi levita. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Petri presbyteri et primicherii. Sig✠num Guillelmi Raimundi Castri-vetuli. Sig✠num Dorce. Sig✠num Poncii Geraldi. Sig✠num Bernardi Berengarii de Barberano. Sig✠num Berengarii Raymundi Montiscateni. Sig✠num Raymundi Raynardi.—Petrus Monachus qui hec scripsit die et anno prenotato.» (Vide los Condes de Barcelona vindicados, tomo 2.º, pág. 116 y siguientes.)

probare testibus vel scriptis fuisse factam post mortem fratris Berengarii Raimundi prefatum honorem comiti jure debere reverti et in sua possessione manere absque aliquo impedimento libere et quiete: comite vero in his deficiente si Petrus de Podio-viridi suas scripturas confirmare potuerit per aliarum scripturarum contropaccionem sicut superius in sua defensione proposuit vel per illas alias raciones idem quod Raimundus Berengarii vetulus dedisset ipsum honorem qui continetur in ipsa scriptura a Berengario Raimundi comiti Ermengaudo facta in vita sua vel Berengarius Raimundi fecisset hoc donum vivente fratre suo facta divisione racionabiliter ipsum Petrum in sua possessione manere salvo jure comitis secundum mores barchinonensis curie de intestatis et exorchis militibus constitutos. Deinde conquestus est Petrus de domino suo comite quod ivit cum eo in narbonenses partes et in Aragonem et fecerat ibi multas perdedas et non erat paccatus neque de servicio neque de ipsis perdedes. Et dominus comes respondit quod secundum suam estimacionem per donum et emendas quas sibi fecerat Petrum debere remanere paccatum vel si non esset ad judicium stare. Super hoc judicaverunt Petrum debere probare per testes vel per averamentum secundum morem barchinonensis curie quod sibi deficit de istis perdidis et quod probaverit vel averaverit reddat ei domnus comes. Iterum conquestus est Petrus super ipso comite quod iverat secum in exercitu Lorcha cum X militibus et fecerat ei convenienciam quod daret unicuique militi XXX morabatinos per unumquemque mensem. Hoc negavit comes addens in sua defensione quod de convenienciis quas sibi fecerat pro ipso exercitu ita paccaverat eum ex suo

avere quod facta paccacione nullam querimoniam ex isto exercitu super ipsum retinuit se sciente. Et Petrus respondit de predicta conveniencia comitis nullo modo fore paccatum nec confiteri se esse paccatum. Super hoc judicaverunt quod si comes probare potuerit Petrum de predicta conveniencia fore paccatum vel confiteri se fuisse paccatum comitem ex hoc in nullo sibi debitorem existere: sin autem predictus Petrus dicat per sacramentum ista duo non esse vera et facto sacramento quicquid probare potuerit quod dominus comes sibi conveniret pro isto exercitu compleat ei comes quod factum non esse constiterit. Ad ultimum conquestus est comes super predicto Petro quod fregerat suos caminos et rapuerat suis mercatoribus vel in sua defensione positis suos trossellos et suum avere et omnia que secum portabant ad dedecus et obprobrium comitis valens XX milia solidorum: quod Petrus non negavit sed dixit hoc fecisse ex absolucione criminis consilii tam comitis quam episcoporum et magnatum seu nobilium hujus patrie virorum. Et comes respondit fecisse absolucionem de conducto et armis que mittebantur in Ilerda sed de aliis causis nunquam fecisse. In hoc judicaverunt quod si Petrus probare potuerit comitem hanc promissionem fecisse vel promisisse ita plenarie ut ipse asserit ex omnibus causis comes super ipsum nichil requirat ex hoc: si vero in probacione defecerit redirigat Petrus omnia malefacta preter cibum et arma ipsis qui perdiderunt vel comiti secundum quod ipse comes judicare fecerit et obprobrium comitis secundum mores barchinonensis curie. Conquestus iterum comes de quodam milite suo Arnallo videlicet de Uliola qui fregerat ei suos caminos et fecerat ei

multa mala ex suis castris et cum suis hominibus: quod Petrus omnino de suis castris et suis hominibus se sciente negavit inferens hanc querimoniam ipsi Arnallo a domno comite esse finitam quod domnus comes de fine negavit. Judicaverunt ergo quod si Petrus de fine querimonie comitis probare potuerit nichil comes ab ipso Petro amplius ex hoc requirere debet: Petro in probacione deficiente quicquid mali domnus comes probare potuerit factum fuisse sibi vel suis ex castris Petri vel cum suis hominibus redirigat ei Petrus vel faciat ei Arnallum ad justiciam stare. Set si comes probare voluerit dicat Petrus per sacramentum non esse verum quod comes obicit. Iterum quidam milites videlicet . . . .
conquesti sunt de supradicto Petro quod auferebat eis suas adquisiciones quas antecessores sui fecerant ex comitibus barchinonensibus sicut in scripturis quas protulerunt resonabat loca et terminos demostrantibus: et Petrus respondit suos antecessores quod ipsi clamabant a comitibus barchinonensibus per scripturas anteriores et longa possessione usque ad istud tempus tenuisse scripturas suas in placito ostendens: et prefati milites his scripturis responderunt non esse bonas nec stabiles ex objectionibus a comite illis scripturis objectis nec possessionem quam asserebat antecessores suos nec ipsum Petrum legaliter tenuisse. Super hoc judicaverunt quod si Petrus probare potuerit hoc esse verum quod asserebat tam de scripturis quam de possessione juste tenere quod possidet salvo jure comitis superius scripto secundum mores barchinonensis curie de intestatis et exorchiis militibus constitutos: si vero in probacione defecerit predicti milites habeant illud quod amitunt et querunt sicut in scripturis

eorum resonare videtur. Super his omnibus judicaverunt predicti judices Petrum debere facere securitatem domino suo comiti in sua manu vel alterius et consimilem securitatem accipere ad complenda et accipienda ea que juste judicata sunt in supradicto judicio secundum legem illam in qua dicitur «ut ambe causancium partes placito distringantur» que lex est in libro juris secundo titulo secundo capitulo IIII° incipiens ita «Sepe negligencia judicum vel kasaionum.» Datum fuit judicium in civitate Ilerda III kalendas maii anno incarnationis Dominice M°C°L°VII° regisque francorum Leduici junioris XX°.—Sig✠num Arnalli Mironis comitis palearensis. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Raimundi de Villa-mulorum. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Berengarii de Turrerubea. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi ✠. Sig✠num Bernardi de Mosseto elenensis archidiachoni. Sig✠num Guillelmi ilerdensis episcopi. ✠ Petrus Borrelli sacrista et judex. Petrus sacrista ✠. —Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit die et anno quo supra.

C.

Perg. n. 306.
Mayo 1157.

Pateat cunctis fidelibus quod ego Lupus Dei gracia pampilonensis episcopus cernens quamplurima dampna destructiones ac cedes que diu in terra Navarre incessanter contigerant propter gravissimam guerram et multis timendam

quam Raimundus comes barchinonensis princeps aragonensis ac Sancius rex Navarre diu inter se agitaverant: desiderans et studens tantis malis finem imponere ante presenciam jamdicti comitis veni eumque crebris et indefessis precibus meis rogavi quatenus ipsius pestifere guerre treuam daret. Tandem sicut episcopalis officii est cum ad tantum malum sedandum et mitigandum pacem et treguam a supradicto comite diligenter exquirerem supradictus venerabilis comes ipsam treuam in manu mea dedit et a parte regis Navarre per manum meam accepit: quam treguam cum predictus rex Navarre et sui posmodum fregissent et quamplurima malefacta et maxima dampna jamdicto comiti et terre sue Aragone fecissent ne iniquitas super iniquitatem iterum aponeretur ad supradictum comitem rursum accessi et in potestate sua tam pro restituendis omnibus malefactis quam pro pace reformanda me ipsum obsidem dedi. Postmodum vero cum prephatus rex Navarre et sui jamdicta malefacta et dampna supradicto comiti redirigere vel restituere nollent prenominatus comes ex his me sepius requisivit atque comonuit et ad ultimum per internuncios suos et literas domino pape de me suam querimoniam fecit qui michi propter hoc litteras suas et mandatum direxit. Quapropter ego Lupus Dei gracia pampilonensis episcopus visis litteris domini pape Adriani apud Montem-Pessulanum et audito ejus mandato in mense januario anno Domini millesimo CLVI tam pro fide mea comiti supradicto promissa quam pro mandato domini mei pape cujus preceptis contraire nec possum nec debeo posui me ipsum et tradidi in manu et in potestate suprascripti Raimundi comitis barchinonensis per ostaticum et ei sub fide mea et or–

dine conveni atque promissi ne de ostatico suo aliqua occasione vel ingenio me subtraherem vel exirem nisi rex pampilonensis me de isto ostatico traheret grato animo et voluntate comitis et comes jamdictus me inde gratis absolveret restitutis et emendatis sibi omnibus supradictis malefactis et dampnis. Unde ego prelibatus Lupus pampilonensis episcopus bona fide ac spontanea voluntate mea convenio tibi supranominato Raimundo comiti aragonensium principi in vera fide et ordine meo et debita romane ecclesie reverencia quod deinceps sim tibi fidelis de corpore tuo et de vita tua et de omni honore quem modo habes vel in antea conquirere poteris et adjuvabo te ac tibi valebo cum omnibus castris meis et villis quos habeo vel habebo et cum omnibus hominibus meis contra omnes homines et feminas sine tuo engan nisi rex pampilonensis jamdictus de tuo ostatico me eduxerit et tu inde me absolveris gratis et sine aliqua vi restitutis tibi et redirectis supradictis omnibus dampnis et malefactis. Et ut suprascripta omnia tibi fidelius ac firmius compleam et atendam interpono tibi dominum meum papam Adrianum in fidejussorem atque patronum ut que superius scripta sunt mente fideli tibi compleam et atendam sine malo ingenio. Et hoc facio tibi asecurari a venerabili B. terrachonensi archiepiscopo sub cujus diocesi sum constitutus et a discretis episcopis barchinonensi atque cesaraugustano me sicut suprascriptum est recta fide et sine aliqua fraude tibi firmiter tenere atque complere. Et ego Raimundus comes barchinonensis princeps arogonensis et marchio convenio tibi jamdicto Lupo per Dei graciam pampilonensi episcopo ut ab hoc die in antea te manuteneam et tibi valeam et contra omnes

homines et feminas consilium tibi et auxilium prebeam bona fide sine engan et quod non faciam placitum ullum aut treuam cum supradicto Sancio rege Navarre aut cum imperatore Castelle ac filiis suis regibus absque tuo consilio vel voluntate. Et per easdem personas suprascriptas quibus michi asecurasti facio tibi asecurari ut que superius tibi convenio tibi firmiter compleam et attendam sine malo ingenio. Acta sunt hec in mense maio apud Ilerdam anno Domini millessimo CLVII in presencia episcoporum barchinonensis et Cesarauguste et Arnalli Mironis comitis palearensis et Raimundi de Podio-alto ac Guillelmi de Cervera.—Sig✠num Lupi pampilonensis episcopi. Sig✠num Arnalli Mironis comitis palearensis. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Guillelmi de Castro-vetulo. Sig✠num Guillelmi de Cervera. Petrus Dei gracia cesaraugustanus episcopus. Sig✠num Raimundi comes.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit die et anno quo supra *(alphabeto divisa.)*

CI.

Perg. nº 308.
31 may. 1157.

Juro ego Arbertus de Petra tibi domino Raimundo Berengarii comiti barchinonensi et principi aragonensi quod fidelis ero tibi de ipso castro de Rocha-muro ab ista hora in antea et iratus aut pachatus per quantascumque vices per te aut per tuos nuncios michi demandaveris ego red-

dam tibi vel tuis eundem castrum de Rocha-muro sine tuo engan per Deum et hec sancta IIII evangelia. Et si tu Raimundus Berengarii non demandaveris michi ipsum castrum de Rocha-muro per te aut per nuncios tuos ego Arbertus proferam tibi supradicto comiti reddere ipsum castrum et postquam castrum recuperatum habueris essem solutus de predicto sacramento. Actum est hoc II kalendas junii anno XX regni Ledovici junioris.—Sig✠num Arberti qui hoc laudo et firmo. Et fuit hoc factum in presencia G. episcopi et Bernardi de Bellog et Petri Bertrandi et Arnalli de Raseth et Gaufridi de Sancta-columba et Guillelmi de Terracia. Sig✠num Petri Bertrandi. Sig✠num Gaufridi de Sancta-columba. Sig✠num Arnalli de Raset.—Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hoc scripsit die et anno quo supra *(alphabeto divisa)*.

CII.

Perg. nº 318.
16 jun. 1157.

Hec est conveniencia quam nos Guillelma que fui uxor Raimundi de Petra et Bernardus de Vilar vir meus et dominus facimus tibi Raimundo Berengarii barchinonensium comiti et marchioni aragonensiumque principi et successoribus tuis per nos et successores nostros quod ullus homo vel femina non faciat vobis guerram vel malefacta oculte vel manifeste de ipso castro de Petra excepto vicecomite cardonensi quandiu nos predictum castrum habuerimus vel

tenuerimus. Et propter hoc ego Raimundus Berengarii supradictus comes convenio vobis Guillelme et Bernardo supradictis et successoribus vestris per me et per successores meos quod manuteneam et deffendam predictum castrum cum omni suo honore et terminis contra cunctos homines vel feminas quibus vos per me et curiam meam volueritis facere directum. Et propter istam convenienciam semper ab utraque parte tenendam nos Guillelma et Bernardus vir meus facimus tibi supradicto comiti hominium et fidelitatem manibus propriis commendantes cum sacramento facto et scripto. Acta sunt hec XVI kalendas julii anno XXI regni Ledoyci junioris.—Sig✠num Guillelme. Sig✠num Bernardi viri ejus qui hec laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig✠num Raimundi Berengarii de Paladol. Sig✠num Mironis de Luciano. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Bernardi Marcucii.—Juramus nos Bernardus de Vilar et uxor mea Guillelma tibi Raimundo Berengarii predicto comiti supradictam convenienciam tibi tenere et habere per fidem sine engan atque attendere per Deum et hec sancta.—Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hec scripsit cum litteris emendatis in linea I[a] die et anno quo supra *(alphabeto divisa)*.

CIII.

Perg. nº 319.
21 jun. 1157.

Hec est conveniencia quam nos Guillelma que fui uxor Raimundi de Petra et Bernardus de Vilar vir meus et dominus facimus tibi Raimundo Berengarii comiti barchinonensi quod de ipsa conveniencia de castro de Petra quam tibi feceramus in qua retinueramus vicecomitem cardonensem contra te propter suum beneficium si ab ista prima festivitate beati Michaelis usque ad annum fecerit concordiam nobiscum de suo beneficio et fevis maneat ipsa conveniencia sicuti est: si vero usque ad predictum terminum hoc facere noluerit exeat ipse vicecomes de predicta conveniencia quandocumque tu mandaveris et sicut tibi placuerit et faciamus alias conveniencias novas super hoc in quibus nulla mencio fiat de predicto vicecomite cardonensi. Actum est hoc XI kalendas julii anno XXI regni Ledovici junioris.—Sig✠num Guillelme. Sig✠num Bernardi de Vilar qui hec laudamus et firmamus. Sig✠num Raimundi Berengari de Paladol. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Bernardi de Bellog. Sig✠num Mironis de Luciano. —Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hec scripsit die et anno quo supra.

CIV.

Juro ego Berengarius Reverter filius Arsendis femine quod fidelis ero ad te Raimundum comitem barchinonensem aragonensium principem de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore quem hodie habes et deincebs adquirere poteris et de omnibus comitatibus et episcopatibus atque abbatiis que in omnibus comitatibus tuis sunt et de montibus et planis rochis podiis condirectis vel discondirectis qui in comitatibus tuis sunt et nominatim de illo castro de Guardia de Mont-serrad et de omnibus terminis et pertinenciis suis et de toto illo monte de Mont-serrad et de omnibus rochis que ibi sunt. Et ero tibi adjutor contra omnes homines et feminas tenere habere defendere et guerrejare totum tuum honorem quem hodie habes vel deincebs adquisieris et hoc faciam sine omni engan. Et quod dabo tibi potestatem de predicto castro de Guardia et de omnibus fortitudinibus que ibi sunt sine tuo engan quociens-cumque ipsam potestatem a me requisieris per te vel per nuncium vel nuncios tuos iratus aut pachatus cum forifacto et sine forifacto et non vetabo me inde videri vel comoneri: et nuncios vel nuncii tui qui ad hoc me comonendum venerint de me vel de meis reguardum non habebunt in eundo vel redeundo. Et faciam tibi ostes et cavalcatas cor-

Perg. n. 311.
28 jul. 1157.

tes et placitos et seguimenta quocienscumque michi mandaveris per te vel per tuos. Facto sacramento V kalendas augusti anno ab incarnatione Domini millessimo CLVII regnique Leovici junioris XXI in mense novembris.—Sig✠num Berengarii Reverter. Sig✠num Ermessendis uxoris ejus. Sig✠num Guillelmi de Castel-nou. Sig✠num Bernardi Fulconis. Sig✠num Ajaurici bajuli. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi ✠. Sig✠num Petri Arnalli vicarii. Sig✠num Petri Marcucii. Sig✠num Raimundi de Apiera. *(Sigue una firma árabe, igual á la del documento núm.* LXXXVIII.)—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit in ipso castro de Guardia.

CV.

Perg. n· 313.
Oct. 1157.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Raimundus Dei gracia comes barchinonensis et princeps aragonensis facio hanc cartam donationis et cessionis vobis omnibus populatoribus de Monfort qui ibi estis populati vel in ante ibi populare veneritis. Dono namque vobis et omnibus firmiter laudo totos illos fueros de Zaragoza ut habeatis eos et teneatis vos et filii vestri et omnis posteritas vestra salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per cuncta secula. Et concedo vobis terminales vestros sicut subscribuntur castellum Lueches et terminale Montisforti et regail que descendit ante mesquitam versus meri-

ridiem et vadit ad villare ante Castellege et terminale Montisforti transit per semitam de Plerres et per petram penne de Lavant et partit cum Ossa sicut aque versant versus Montem-fortem et versus Ossam per montem et apud Analium dividit per penam que est ante eum a circio et vadit per cordam de Canada sic serta terminat ab occidente usque ad Ozolon que est super lapidem fixum que vocatur Petra-fixa de ipso Ozolone usque ad predictum castellum de Lusches. Et hoc donativum cum suis terminalibus superius scriptum habeatis et teneatis firmum liberum et francum vos et filii vestri et omnis generatio vestra in perpetuum.—Sig✠num Raimundus comes. Sig✠num Ildefonsi regis Aragonie comitis Barchinone Ozaliorum princeps qui hoc superius dictum laudo et firmo. Facta hac carta donationis et concessionis in mense octuberis in era MCLXXXXV dominante me Raimundo comite Barchinone in Aragone et in Suprarbi et in Ripacurcia: episcopo Guillelmo Petri in Lerida: episcopo Dodone in Ozca: episcopo Petro in Zaragoza: episcopo Ozartino in Tarazona: Ferminus dominante in Oscha: Valindo Xemenons in Alcala: Fortunio Dato in Barbastro: Petro Lopez in Lusca: Garcia Almorabit in Erçia: Fortunio Açenariz in Tarazona: comite palearense in Ricla: Petro Ortiz in Aranda: Petro Castelasolo in Calataiud: Palacino in Zaragoza et in Alagon et Hariza Galindo Gemenez in Belzit et in Monfort.—Ego . . . . sub jussione domini mei comitis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc sig✠num feci (1).

(1) Este documento es una copia sobre papel, que trae la nota al dorso que espresa pertenecer á las cuatro dignidades de Solsona.

CVI.

Perg. n° 314.
31 oct. 1158.

In nomine Dei eterni salvatoris nostri: Anno ab incarnacione ejus millesimo centesimo quinquagesimo septimo pridie kalendarum novembrium indiccione quarta manifestus sum ego Parason Dei gracia judex Arboree filius quondam Comita item judicis Arboree quia per hanc cartulam nomine antefacti et donacionis propter nupcias dono et trado tibi domne Agalburse dilecte et amabili uxori mee filie quondam Poncii de Cervera curtem Bidunii et curtem Sancti Theodori et curtem de Orratili cum omnibus earum pertinenciis que habent suprascripte tres curtes tam in servis et ancillis et nutriminibus suis et peculiis suis quam in pecudibus et aliis animalibus et ortis et campis et vineis et pascuis et pratis et paludibus et silvis virgariis montibus collibus vallibus planiciebus aquis aqueductibus et cum omnibus adjacenciis que quolibet modo ad suprascriptas tres curtes sunt pertinencia cum omnibus etiam domibus ibidem constructis et vinetis et olivetis et omnibus simpliciter in prefatis tribus locis plantatis vel natis arboribus. Has igitur tres curtes tibi prenominate domne Agalburse dilecte et valde amabili conjugi mee ut dictum est universaliter cum adjacenciis suis omnibus nomine antefacti et donacionis propter nupcias hodie dono et trado. Pro qua mea donacione et tradicione recepi a Pellario

quondam Gualandi et ab Ugone quondam Gerardi nomine tuo domne Agalburse dilecte uxoris mee meritum annulum unum aureum in prefinito. Quam meam donacionem et tradicionem si ego qui super Parason judex Arboree vel meus meus heres tibi domne Agalburse uxori mee vel tuis heredibus vel cui dederis vel habere decreveris molestaverimus seu intencionaverimus et ab omni homine diminuere vel tollere vel evincere vobis volenti et per placitum vos fatiganti nomine prefatarum trium curtium non defensaverimus et in judicio vobis denuntiantibus auctores non fuerimus nec juste defendere poterimus spondeo qui super Parason judex Arboree me meosque heredes componere tibi domne Agalburse dilecte uxori mee tuisque heredibus penam mille librarum auri: et in tali ordine hanc cartulam mee donacionis et tradicionis et propter nupcias et antefacti donacionis rogavi ego qui super Parason judex Arboree scribere te dominum Burgundium apostolice sedis judicem et notarium. Actum in Aristano apud ecclesiam sancte Dei genitricis Marie archiepiscopatus Arboree in palacio archiepiscopi ejusdem ecclesie in presencia Guffredi massiliensis et Bonefacii de Volta et Bertranni de Girunda et predicti Pellarii et Ugonis vicecomitis et Bulsi et Marzucii et Contulini et Leperti et Boccii legatorum et procuratorum domni Raimundi comitis barchinonensis avunculi predicte domne Agalburse uxoris prefati domni Parasonis judicis Arboree qui hanc cartulam fieri rogavit.— ✠Signa manuum domni Parasonis judicis Arboree qui hanc cartulam donacionis et antefacti scribere rogavit. ✠ Signa manuum Bertrandi quondam Ponthi ✠. ✠ Signa manuum Guilielmi Caldola quondam Ponthi ✠. ✠ Signa manuum

Tebalducii quondam Glandulfi ✠. ✠ Signa manuum Raimundi de Turri quondam Guilielmi Isarni ✠. ✠ Signa manuum Bernardi filii Cinnami ✠. ✠ Signa manuum Leonis quondam Johannis ✠. ✠ Signa manuum Guilielmi quondam Aicardi Iterii ✠. ✠ Signa manuum Lamberti quondam Ugonis ✠. ✠ Ego Burgundius sacri lateranensis palacii judex interfui ✠. ✠ Ego Burgundius sacri lateranensis palacii notarius post traditam complevi et dedi ✠.— Ista cartula facta est eo tenore nomine pignoris ut si supradicta domna Agalbursa quod absit viro suo prefato domno Parasoni judici Arboree supervixerit et heres predicti judicis vel aliquis nomine ejus infra unum annum et unum mensem et unum diem ab obitu Parasonis predicti judicis Arboree numerandum prenominate Agalburse domine et uxori prefati judicis solverint viginti milia solidorum lucensis monete bonorum denariorum expendibilium duodecim denariis per singulum solidum computatis ista cartula sit inanis et vacua et nullam habeat firmitatem et in heredum predicti Parasonis judicis Arboree deveniat potestate nullius existens momenti tamquam si nec scripta nec rogata a suprascripto Parasone judice Arboree fuerit. Si vero infra predictum terminum anni et mensis et diei ab obitu predicti Parasonis judicis Arboree predicta summa quantitatis viginti milia solidorum denariorum lucensium expendibilium ut dictum est predicte domne Agalburse uxori predicti judicis Arboree soluta non fuerit tunc exinde predicta domna Agalbursa vel suus heres vel cui ipsa dederit habeant predictas tres curtes jure proprietario et detineant et possideant ad faciendum inde quicquid ipsi voluerint absque omni calumpnia et sine alicujus viventis persone contra-

dictione tanquam si nullus modus nullaque conditio interposita fuisset et pure ab inicio et sine aliqua dilacione predicta donacio concepta fuisset.—✠Et repromissum ad defendendum eum qui hoc scriptum per manum tenet. Ad suprascriptum terminum et meritum et penam et data te et testes ✠.

CVII.

Perg. n. 321.
24 nov. 1158.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Petros et uxor mea Pereta vendimus tibi domno Raimundo comiti barchinonensi et principi aragonensi illam nostram medietatem integriter totius ipsius molendini Abadenc cum casali et cum ipsa casa cum rego et cap de rego et glebariis et exaguador et cum aqua sua et cum omnibus suis ademprivis et utensilibus que ad ipsum molendinum pertinent et pertinere debent sicut melius habemus et tenemus cum Raimundo de Torredella in barchinonensi comitatu infra terminum Terracie in parrochia Sancti Vincencii de Joncheres et ipso rivo de Riopollo prope Baijonam. Advenit quoque michi Bernardo per vocem predicte uxoris mee mee vero uxori per vocem genitorum suorum et per alias quaslibet voces. Supradictam quoque nostram medietatem totius prefati molendini cum omnibus suis utensilibus cum introitibus et exitibus suis vendimus tibi prefato comiti et successoribus tuis in perpetuum ac ut melius dici vel in-

telligi potest ad tuum salvamentum de nostro jure in tuum tradimus dominium et potestatem per tuum proprium plenissimum liberum et franchum alodium ad quicquid ibi vel exinde facere volueris ad tuam voluntatem sine ullo nostro nostrorumque retentu et sine vinculo ullius hominis vel femine. Accipimus a te pro hac venditione XVI morabetinos aiadinos in auro sine engan. Et est manifestum si quis hoc fregerit supradicta in duplo componat et insuper hec venditio omni tempore maneat firma. Actum est hoc VIII kalendas decembris anno XXII regni Ledoici junioris.—Sig✠num Bernardi de Pedros. Sig✠num Perete uxoris. Sig✠num Raimundi de Arenis fratris ejus qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus. Sig✠num. Petri Guillelmi Sig✠num Ferri. Sig✠num Porcelli bajuli. Sig✠num Petri Arnalli vicarii. Sig✠num Johannis Martini. —Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hoc scripsit die et anno quo supra.

CVIII.

Perg. nº 323
13 dic. 1158.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus Dei gratia comes barchinonensis et princeps aragonensis Tortose et Ilerde marchio laudo et concedo tibi Raimundo de Turredell et uxori tue Geralla et vestris illam quartam partem quem retinuisti ipsius molendini Susgiter quod michi vendidistis in termino Terracie in parroechia Sancti Vincencii de Jon-

cheres prope Bayonam: quam quartam partem ipsius molendini Susgiter vos et vestri habeatis omni tempore et quod vos et vestri mitatis quartam partem in omnibus missionibus que ad ipsum molendinum Susgiter opus fuerint. Actum est hoc idus decembris anno XXII regni Ledoici junioris.—Sig✠num Bernardi Marcucii. Sig✠num Petri Arnalli. *(Sigue aquí una firma carcomida que parece hebrea).* Sig✠num Raimundi comes.—Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hoc scripsit die et anno quo supra.

CIX.

Perg. n° 328
1 ene. 1159.

In Dei nomine et ejus divina gratia ego Raimundus comes barchinonensis princeps regni aragonensis Tortose et Ilerde marchio facio hanc cartam donacionis et concessionis. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate dono namque concedo vobis domne Eço et omnibus filiis vestris castrum de Pratella in hereditatem cum omnibus terminis que ipsa die tenebatis qua de predicto castro mihi hominium fecistis. Taliter vero jamdictum castrum vobis et successoribus vestris pro me et pro successoribus meis dono ut vos et vestri donetis mihi et meis irati et pacati potestatem per quantas vices pro me vel pro meis vos vel vestri comoniti fueritis et quod vos vel vestri non proibeatis vos inde videre vel comonere et quod vos faciatis inde guerram vel pacem ubicumque ego vel mei vo-

bis vel vestris mandaverimus et quod vos et vestri serviatis michi inde et meis secundum honorem que ad jamdictum castrum pertineat. Et hoc donativum sicut superius scriptum est sic dono vobis et vestris jamdictum castrum ut per me et per meos habeatis et teneatis illud salva mea fidelitate et de omni mea posteritate et quod vos vel vestri non amitatis nec perdatis illud supranominatum castrum per secula cuncta nisi pro fraude vel pro traditione. —Sig✠num Raimundi comes.—Facta carta donationis et concessionis in era MªCªLXXXXªVIIª prima die januarii in civitate Cesarauguste dominante me Raimundo barchinonensi comite in Aragone in Superarbe sive in Ripacurcia Tortosa atque Illerda episcopo Petro in Cesaraugusta episcopo Martino in Tiraçona episcopo don Dodo in Oscha episcopo Guillelmo Petri in Ilerda Palacraino in Cesaraugusta et in Alagon comite Palearensi in Ricla Petro Ortiz in Aranda Petro de Castelaçolo in Calataiub Fortunio Açenariç in Tirazona Blaçcho in Borga.—Ego Guillelmus Petri sub jussione domini mei comitis hanc cartam die et anno quo supra scripsi et de manu mea propria hoc sig✠num feci. (*En este documento hay un monograma*).

CX.

Perg. nº 329.
13 ene. 1151.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus Echardi in mea senectute et in mea plena memoria recognosco quod vidi

et hoc quod non vidi audivi dicere patri meo Echardo quod quando abiit Raimundus Berengarii ad pergam de Lostor fuit interfectus a traditoribus suis in illo tempore accipiebat bajulus comitis scilicet Miro Alaric accipiebat totum hoc quod servitium quod exiebat de Valeriola de ipsis mansis Ecardi et Guillelmi Compani de pane et vino et carne et omnibus rebus hoc accepit Miro Alaric in vita predicti comitis et antea quam esset Miro Alaric acceperat Guitardus presbiter qui erat bajulus comitis Raimundi Berengarii vetus in vita sua et ipsa alodia que sunt ad ipsa Guardia que tenent Bernardus Ecardi et Arnallus Sancte Susanne fuere Guitardi presbiteri baiuli comitis et quando comes fuit interfectus predictus tenebat Miro Alaric ipsum furnum Minorisse et terciam partem in placitis tenebat et expletabat per comitem.—Sig✠num Bernardi Echardi qui hoc recognovi idus januarii anno XXIII Ledovici junioris regni.

CXI.

Apen. n.° 6
9 jun. 1159.

Notum sit omnibus quoniam ego Raimundus comes barchinonensis princeps aragonensis debeo tibi Guilelmo Mainardi II milia et D morabatinos aiadinos et lupinos propter quos inpignero tibi totum illud quod modo habeo et recipio in Pratis in dominio et in tota parrochia Sancte Juste videlicet in quartis in taschis in decimis in chestiis in tra-

gims in placitis et justitiis et serviciis et usaticis et in boschis et in riberes et in piscationibus et in planis et in montibus et in condirectis et in eremis et in omnibus que ibi accipio in dominio aliquo modo et quod mitas inibi tuum proprium bajulum et non erit ibi ullus bajulus nisi ille quem tu ibi volueris mitere. Et si qua ibi fuerint placita notificet ea bajulus tuus meo bajulo de Moione et insimul cum aliis probis hominibus de Pratis placitent ea et determinent sive per judicium sive per laudem et tu Guillelmus habeas quitquid inde exierit ad tuam voluntatem. In tali quoque pacto predictum pignus tibi subpono ut omnia que inde exierint hoc primo anno de isto mense junio usque ad alium accipias per CCCC morabatinos in tuo pachamento deinde vero accipias per singulos annos omnia que inde exierint in omnibus per CCC morabatinos similiter in tuo pachamento quousque sis pachatus et quod superfueris habeas ad tuam voluntatem in tuo proprio ad omne velle tuum inde perficiendum. Predictum vero pignus possis tenere dare dimitere vel comendare cuicumque volueris tam in vita quam in morte quousque inde sint tibi vel tuis plenarie persoluti predicti II milia et D morabatini aut ego vel mei te inde pacharem sine tuo engan de quanto inde remaneret si aliquis prephatum pignus tibi vel tuis impediret vel occuparet. Et de hoc toto ego non decipiam te nec faciam decipi. Si autem quod absit aliquis tibi vel tuis auferret vel impararet predictum pignus laudo tibi et confirmo in ipsos ostaticos quos tibi posueram per III mille et CC morabatinos quos michi acomodasti quando ivi ad recuperandam Trencataiam quia istum debitum est adhuc de ipso debito primo. Sunt ipsi ostatici R. de

Podioalto Arnallus de Lercio major Artaldus de Castelnou Guillelmus de Montcada Raimundus frater ejus Guillelmus de Castelvel macip Guillelmus de Bellog quem tibi dedi pro Bernardo de Bellog ut isti redeant in tuum ostaticum illuc ubi tibi illud facere convenerunt et inde non exeant aliquo modo donec ego vel mei pacharemus et redderemus tibi vel tuis hoc totum quod inde remaneret ad pachandum sine tuo engan. Nos vero supradicti ostatici convenimus tibi Guillelme Mainardi sub illo sacramento quod tibi fecimus in alia carta ut sicut suprascriptum est ita compleamus et atendamus tibi vel tuis sine tuo engan. In hoc autem debito est pacatus Guillelmus Longus quem tu pachasti pro me de hoc quod ei debebam. Actum est hoc V idus junii anno ab incarnatione Domini millesimo CLVIIII. —Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Arnalli de Lercio majoris. Sig✠num. Sig✠num Artalli de Castellonovo. Sig✠num Guillelmi de Montcada. Sig✠num Raimundi fratris ejus. Sig✠num Guillelmi de Castelvel macip. Sig✠num Guillelmi de Bellog. Sig✠num Guillelmi Beg. Sig✠num Guillelmi Ulrig. Sig✠num Guillelmi Longi. Sig✠num Geralli Udalardi. Sig✠num Guillelmi Dalbari. Sig✠num Petri Poncii. Sig✠num Petri Prementis Claven.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit.

CXII.

Perg. n. 324.
5 jul. 1159.

Hec est conveniencia que est facta inter domnum Raimundum Berengarii comitem barchinonensem principem aragonensem et Berengarium de ipsa Guardia filium quondam Berengarii vicecomitis. Ego quoque Raimundus supradictus comes comendo tibi supradicto Berengario meum castrum de ipsa Guardia et dono tibi ipsos milites cum ipsis feuis quos habere debent in supradicto castro de Guardia. Item dono tibi duas partes de dominicaturis et de alodiis et terris cultis et heremis et de omnibus pertinenciis suis et de omnibus suis eximentis que ad jamdictum castrum ullomodo exire debent et terciam partem integriter in omnibus michi retineo solide et libere in dominium. Et ego supradictus Berengarius de Guardia propter hoc donum superius comprehensum quod tu prelibatus Raimundus comes michi facis convenio tibi sine engan ut sim tibi fidelis de vita tua et de corpore tuo et de membris tuis que in corpore tuo se tenent sicut homo debet esse fidelis suo meliori domino et ero tibi adjutor et deffensor contra cunctos homines vel feminas sine engan de omni tuo honore quem hodie habes et in antea habueris ut ego nec ullus homo vel femina per me vel per meum consilium neque per meum ingenium vel per meum auxilium aliquid inde tibi vel tuis non tollam neque tollere faciam neque

tollat vel tollant et dabo tibi et tuis potestatem de predicto castro de Guardia iratus aut paccatus per quantascumque vices michi demandaveris vel me monueris per te vel per nuncios tuos sive nuncium et non me vetabo videre vel monuere a te vel a tuis nunciis sive nuncio et in omnibus ero tibi fidelis sine engan et sine ullo malo ingenio. Iterum convenio tibi quod sim tuus solidus contra cunctos homines vel feminas sine engan et cum universis militibus predicti castri de Guardia et cum aliis quos per te habeo faciam tibi ostes et cavalcatas et curia sequimenta et placita quocienscumque mihi demandaveris. Actum est hoc III nonas julii anno XXII regni Ledoici junioris.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig ✠ num Guillelmi de Castro-vetulo. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Bernardi de Bellog.—Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hoc scripsit die et anno quo supra.

CXIII.

Perg. nº 333. 21 abr. 1160

Notum sit omnibus quoniam domnus Raimundus comes barchinonensis requisivit estachamentum de directo a Berengario vicario suo ob multas querimonias quas contra eum habebat que inferius inveniuntur. Et Berengarius estachavit ei directum per quingentos morabitinos et dedit ei fidancias quorum nomina hic scripta leguntur. Raimun-

dus Renardi per centum mohabitinos: Guillelmum de Podio-alto per C. Gaufredum de Sancta-columba per C. Poncium Petri per C. Raimundum Bermundi per C.—Ad determinandas igitur querimonias que ventilate sunt inter domnum Raimundum comitem barchinonensem et ejus vicarium Berengarium electi sunt judices domnus Ollegarius tarrachonensis archiepiscopus et domnus R. ausonensis episcopus et Berengarius gerundensis archidiaconus et Petrus ausonensis primicherius et Arnallus barchinonensis ecclesie prepositus et Berengarius de Cheralto et Bernardus de Luciano et Poncius Ugonis de Cervaria et Guillelmus Raimundi de Podio-alto qui auditis et discussis utriusque partis causis hujuscemodi singulis dederunt sentencias. Conquestus quipe est venerabilis comes super ipso Berengario quod ad contemptum comitis in faciem ejus protulit hec verba ipse Berengarius: «Quod ego accipio et teneo non gratificor vobis unum petum.» Hoc dixit de sarraceno quem consuetudinaliter accipit de ipsis galeis. Quod Berengarius se dixisse omnino negavit. Super hoc judicatum est quia Berengarius negat se dixisse hec verba que comes affirmat se audisse Berengarius debet se expiare per sacramentum quod defendat per duellum si comes voluerit secundum curie consuetudinem. Et si prevaluerit emendet ei comes omne malum quod in ipso duello sibi evenerit et ipsam ei querimoniam finiat. Si vero in hoc defecerit tantam faciat comiti emendacionem quod valeat defendere per duellum se amplius non debere comiti seniori suo pro illato cotemptu emendare. Post hec requisivit Berengarius a domno comite ut redderet ei ipsum honorem quem pater suus sibi abstulerat videlicet ipsas migerias de fru-

mento quas accipiebat ab ipsis flechariis Barchinone. Ad quod respondit comes non videri sibi esse justum ut eas redderet illi tum quia pater suus noviter per violenciam eas imposuerat predictis flechariis et in infirmitate qua obiit sub gravi interminacione quam archiepiscopus ei super hoc fecit penituit se de hac violencia et precepit ne ulterius hec exactio in ipsa civitate fieret tum quia ipse Berengarius bene noverat hanc violenciam quando eas accepit pro emendacione ipsius fevi de Terracia. Super hoc quoque judicatum est quod si Berengarius quando adquisivit predictas migerias ab ipso comite sciebat injuste esse impositas predictis flechariis non debere sibi restitui a predicto comite. Quod si dixerit sę tunc nescisse monstret hoc verum esse per sacramentum quod defendat per duellum et comes emendet ei impleto tempore sacramenti a patre sibi constituto favore tocius curie sue de debito patris quod Berengarius requisivit a filio quicquid pater in scriptis suis recognovit debere ei reddi a filio que autem ipse non recognoverit si per legitimos testes aut per scripturam ipse Berengarius probare potuerit sibi deberi in ipso tempore mortis solvantur ei a comite. Item quicquid predictus Berengarius legaliter probare potuerit de justiciis placitorum sibi debitis comitem accepisse censuerunt a comite sibi debere restitui. Conquestus est denique comes de prephato Berengario quod plures justicias et usaticos et placita que ad comitem pertinent propter servicia et remuneraciones quas inde accipit offocat ei et tollit. Quod predictus Berengarius denegavit. Judicaverunt ad hec quod quicquid jamdictus Berengarius de his sibi objectis recognoverit redirigat ipsi comiti : et si adhuc comes institerit expiet se

per sacramentum quod per duellum defendat. De superfluis exactionibus super quibus comes conquestus est a Berengario fieri in Barchinona sub umbra vicarie videlicet in semitrossellis et in bardis et in boionis et in leudis ferri et piscis ac multarum aliarum rerum et in receptis nupcialibus et in superflua accepcione foccaciarum judicatum est quod quantum ipse Berengarius potuerit probare per legitimos testes aud verificare per unum militem qui defendat se per duellum antecessorem suum Bernardum Arberti tenuisse per vegeriam quiete habere Berengarium ad servicium comitis: cetera vero in quibus defecerit debet redirigere predicto comiti. De adquisicione vicecomitatus unde comes conquestus est judicaverunt quod quicquid Berengarius potuerit probare quod ab ipso vicecomite vel a filio ejus Reverter adquisierit quod domnus comes ei auctorizaverit habeat et possideat cetera comiti restituat. De pignore autem judei unde comes conquestus est predictum Berengarium suo judeo injuste abstulisse quod redirigat Berengarius jamdicto comiti pecuniam et dampnum aut juret Berengarius predictum pignus ante datam peccuniam non imparasse et hoc sacramentum defendat per duellum. Acta sunt hec XI kalendas mai anno XXIII regni Ledovici regis.—Ollegarius archiepiscopus subscribo ✠. Raimundus Dei gracia ausonensis episcopus. Hec primicherius firmavit nomine Petrus ✠. Berengarius gerundensis archidiaconus. Sig✠num Arnalli sacerdotis atque prepositi. Sig✠num Raimundi Renardi. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Bernardi de Luciano. Sig✠num Berengarii de Cheralto. Sig✠num Poncii Ugonis de Cervaria.—Si✠gnum Poncii notarii comitis qui hoc scripsit die et anno quo supra.

CXIV.

Cartulario del monast. de San Cucufate del Vallés, fól. 93.

19 may. 1160.

Hoc est judicium quod dominus Raimundus Berengarii barchinonensis comes et marchio et aragonensium princebs fecit dari super querimoniis et responsis inter Raimundum abbatem Sancti Cucuphatis et Raimundum Petri de Banneres factis in palatio suo barchinonensi. Primum conquestus est abbas Raimundus quod Raimundus Petri emerat ab Arberto de Lizano medietatem de castro Caldarii cum suis pertinenciis abbate Sancti Cucufatis et monachis contradicentibus quia videbatur ipsis monachis quod post mortem Arberti predictus honor evenire debet in dominium et potestatem Sancti Cucuphatis secundum tenorem ipsius scripture que facta fuit inter Guitardum abbatem Sancti Cucuphatis et Bernardum Gelmiri olim defunctos. Iterum conquestus est abbas quod ipse Raimundus Petri auferebat ei medietatem de omnibus censibus et usaticis qualicumque modo ad predictum castrum Caldarii pertinentibus et quod auferebat ei ipsam dominicaturam quam abbas Guitardus retinuerat in predicto castro et quod miserat castellanos in predicto castro ad dampnum ipsorum ipsis contradicentibus. Ad quod respondit Raimundus Petri quod nullum castellanum ibi miserat nisi quos pater suus ibi posuerat neque dominicaturam Sancti Cucufatis se sciente auferebat: et de aliis causis stare ad justiciam secundum te-

norem scripture et intellectum quam aprobavit esse bonam et veram. Iterum conquestus est abbas quod auferebat ipse Raimundus Petri Sancto Cucuphati quoddam receptum ad septem inter monachos et milites quod debebat dare propter honorem qui dicitur Tomabvi: et Raimundus Petri approbavit ipsam scripturam et cognovit esse veram sed quia terra illa usque nunc in solitudine et eremum steterat predictum receptum non adimpleverat: et Raimundus Petri conquestus est super abbate et monachis quod auferebant ei castrum Sancti Vincencii situm atque constructum infra terminos castri Caldarii quod castrum ipse Raimundus Petri habet in fevum ad servicium ipsorum sicut cōntinetur in scriptura ab ipsis ostensa abbatis videlicet Guitardi et Bernardi Gelmiri. Et respondit abbas antecessores Raimundi Petri nunquam castrum Sancti Vincencii habuisse vel tenuisse imo abbates et monachos Sancti Cucuphatis illud castrum Sancti Vincencii ipsis videntibus et scientibus et per longa tempora audientibus et non contradicentibus stabilivise atque dedisse: et Raimundus Petri ad hoc nullum dedit responsum. Auditis ergo utriusque partis querimoniis et responsis judicaverunt judices a domino comite ad hoc determinandum electi Raimundum Petri juste tenere illam partem quam ab Arberto de Lizano emerat sicut et suam quam jure hereditario possidebat quamdiu viveret et medietatem de censibus et usaticis predicti castri Caldarii jure tenere ad fevum ad servicium abbatis et monachorum in vita sua secundum tenorem et intellectum ipsius scripture jamdicte Guitardi abbatis et Bernardi Gelmiri: post mortem vero Raimundi Petri predictum castrum Caldarii jure debere reverti in dominium et po-

testatem Sancti Cucuphatis et monachorum ipsius loci cum omni sua melioriacione tam in hedificiis quam in ceteris rebus quia ipse est finis quarte generacionis sicut in predicta scriptura continetur et a judicibus cognitum fuit nullumque alium hominem in predicto honore castri Caldarii per ipsius Raimudi Petri donum vel alicujus sui antecessoris sui generis remanere debere quia quod sibi deffendere non posunt nec alicui: interim de dominicatura unde contendunt ostendat domnus abbas qualis et quanta fuit a tempore Guitardi abbatis usque nunc vel quantum et ubi antecessores sui abbates tenuerunt seu possederunt per testes vel scripturas si potuerit et habeat illud quod probare potuerit. Sin autem Raimundus Petri inquirat a vicinis ipsius loci propter fidelitatem hominii et fevi qualis et quanta fuerit et facta inquisitione ostendat dominis suis et reddat cum sacramento sua propria manu facto si domnus abbas voluerit. De castro vero Sancti Vincencii quia ita se habet res sicut superius scriptum est judicaverunt Raimundum Petri in predicto castro Sancti Vincencii nullam vocem habere set ita manere sicuti est: et de recepto de Tomabvi judicaverunt quod Raimundus Petri postquam ipsa terra redacta est in culturam compleat ipsam convenienciam que continetur in ipsa scriptura que in placito fuit ostensa et terra illa in perpetuum remaneat sibi et sue projeniei ad servicium abbatis Sancti Cucuphatis et monachorum ejus cum complemento supradicte conveniencie. Judices vero qui hec judicaverunt fuerunt Guillelmus episcopus barchinonensis et Petrus cesaraugustanus episcopus et Guillelmus de Castro-vetulo et Raimundus de Podio-alto et Petrus sacrista Vici. Actum est hoc XIIII kalendas junii

anno XXIII regni regis Ledovici junioris. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. ✠ Petrus Dei gratia cesaraugustanus episcopus ✠. Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi de Castro-vetulo. Sig✠num Ildefonsi regis aragonensium et comitis barchinonensium. Sig✠num Raimundi de Pugalt. Scripta libens ista Petrus confirmo sacrista. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Gerardi de Jorba. Sig✠num Raimundi de Villa-mulorum. Sig✠num Guillelmi de Cervaria. Sig✠num Arnalli de Lerz. Sig✠num Bernardi Marchucii. Sig✠num Petri Marchuccii.—Bernardus presbiter et monachus qui hoc fideliter transtulit ✠.

CXV.

Perg. nº 335.
21 may. 1160.

Juro ego Bertrandus de Canals tibi domno Raimundo Berengarii barchinonensium comiti et marchioni et aragonensium principi quod ab ista hora in antea non exeat tibi ullum malum neque tuo honori neque tuis hominibus de ipsa domo vel fortitudine de Canals. Et si forte contigerit fieri redirigam illud tibi vel tuis infra XXX dies quibus amonitus vel inquisitus fuero per te vel per tuos et me videri vel amoneri non vetabo : et convenio tenere et attendere ipsam scripturam et que in ea continentur que est inter Sanctum Cucuphatem et me per laudamentum amicorum meorum facta sine engan per Deum et hec

sancta. — Actum est hoc XII kalendas junii anno XXIII regni regis Ledovici junioris.—Sig✠num Bertrandi de Canals. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Raimundi de Subirats. Sig✠num Raimundi Bermundi de Castro-Episcopali. Scripta libens ista Petrus confirmo sacrista. —Bernardus Levita qui hoc scripsit die et anno pre✠fixo. —Facto hoc sacramento super altare Sancti Justi martiris *(Alphabeto divisa.)*

CXVI.

Omnibus hominibus tam presentibus quam futuris notum fieri volumus: Qualiter monasterium Sancti Martini de Albengena retroactis temporibus largicione fidelium adquisierit castrum quod vocatur Capra in confinio terrachonensi cum omnibus terminis suis et pertinenciis. Tandem longo tempore evoluto predictum castrum diutina infestacione maurorum desertum omnino et desolatum diu remansit cum omnibus terminis et pertinenciis suis. Denique adjuvante Domino subjugata Hispania ab illustri Raimundo comite barchinonensi et aragonensium principe predictum castrum quod erat ferarum habitacio in potestatem christianorum devenit qui predictum castrum cum omnibus terminis suis injuste detinebant et violenter auferebant jamdicto cenobio Sancti Martini. Postmodum vero jamdictus comes barchinonensis ad recuperandum cas-

Perg. nº 338
1º jun. 1160

trum prenominatum fortiter instilit et illud cum terminis suis et pertinenciis jamdicto monasterio ac venerabili ejusdem loci Raimundo abbati dictante justicia fecit potencialiter reddi. His ita peractis prephatus abbas cum fratribus suis et Raimundus comes barchinonensis tale inter se comercium habuerunt. Ego igitur Raimundus abbas Sancti Martini cum consilio et voluntate fratrum meorum bono animo ac spontanea voluntate dono tibi et trado venerabili Raimundo comiti barchinonensi jamdicto et omnibus successoribus tuis prenominatum castrum de Capra ad fidelitatem monasterii nostri cum omni fortitudine que in ipso podio et in ipsa villa est vel erit simul cum omnibus terminis et pertinentiis suis. Retinemus quoque in hac donacione in termino predicti castri dominicaturam ad tria paria bovum in locis determinatis. Retinemus etiam tam in ipsa villa quam in toto territorio ipsius castri terciam partem in dominio tam in omnibus habitatoribus qui ibi sunt vel fuerint quam de omnibus redditibus et expletis que inde exierint vel exire debuerint: duas vero partes tibi Raimundo comiti supradicto et successoribus tuis in perpetuum damus et confirmamus. Supradicta omnia tibi damus et de nostro jure in tuum jus et potestatem tradimus ut tu etiam nobis defendas manuteneas et conserves dominicaturam quam ibi retinemus et terciam partem quam nobis reservamus simul cum omnibus ecclesiis ejusdem territorii que ibi sunt vel erunt et omnia jura ipsis ecclesiis pertinencia. Et etiam omnia que in terra tua habemus sub tua custodia et defensione suscepisti. Si qua autem utriusque sexus persona hanc donacionem et convenienciam infringere vel minus complere voluerit nichil proficiat sed in

duplo componat et postmodum omni tempore firmum permaneat. Facta carta donacionis et conveniencie kalendas junii anno ab incarnacione Domini millessimo CLX regnique Lodoici junioris XXIII.—Sig✠num Raimundi comes qui hoc firmat et laudat salvo jure episcopali. Sig✠num Raimundi abbatis. Sig✠num Petri Grass monaci Sancti Martini. Sig✠num Alberti monaci. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Guillelmi de Castro-vetulo. Sig✠num Arberti de Castro-vetulo. Sig✠num Geraldi de Jorba. Sig✠num Bertrandi de Castelleto. Sig✠num Berengarii de Mulnellis. Sig✠num Raimundi de Mulnellis.—Sig✠num Gregorii qui hec scripsit die et anno quo supra.—Preter cartam que facta est inter R. comitem barchinonensem ac Raimundum abbatem Sancti Martini albengensis talem inter se convencionem fecerunt quod si Bernardus de Concha-bella in ipso castro de Capra aliquid jure consequi poterit predictus comes et abbas secundum partem uniuscujusque eum pachare studeant: et si propter hoc daret ei pecuniam comes donet eam de suo.—Facta fuit hec convencio eodem die quo carta donacionis est facta de castro de Capra scilicet kalendas junii anno ab incarnacione Domini millesimo CLX regnique Ledovici junioris anno XXIII.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Raimundi abbatis.—Sig✠num Poncii scribe qui hec scripsit die et anno quo supra *(Alphabeto divisa)*.

CXVII.

Perg. nº 340.
27 jun. 1160.

Manifestum sit cunctis: quoniam ego Petrus de Barchinona libenti animo et spontanea voluntate diffinio et evacuo atque pacifico tibi Raimundo Dei gracia comiti barchinonensi atque aragonensium principi et omni tue projenici sive posteritati totum illum honorem qui fuit Petri Ricardi tam in Barchinona quam in omni territorio suo scilicet domos cum turribus ortos ortalibus mansos in diversis locis positos cum omnibus pertinenciis suis tam in Bagnols quam in Provincialibus sive in aliis quamplurimis locis et terras et vineas cultas et eremas juxta Barchinonam et in aliis quamplurimis locis simul cum villis et alodiis et fortitudinibus quas unquam Petrus Ricardi in toto tuo comitatu habuit vel habere debuit ita quod deincebs in predictis omnibus aliquid non requiram ego vel aliqua persona per me seu post me per aliquam meam vocem. Omnia vero suprascripta ego Petrus de Barchinona diffinio evacuo atque dimito in perpetuum tibi suprascripto Raimundo comiti barchinonensi et omni tue projenici et omnibus qui per tuam vocem ibi fuerint aliquo modo. Retineo quoque michi ego jamdictus Petrus de Barchinona ipsum mansum de Chuciano cum terris et vineis que sunt in circuitu ipsius mansi et cum omnibus tenuicionibus et pertinenciis suis: quem mansum tu prephate comes barchi-

nonensis michi pro hac diffinicione donas per alodium proprium ad faciendum inde quiquid voluero. Quod est actum V kalendas julii anno XXIII regni Ledovici junioris. —Sig✠num Petri de Barchinona. Sig✠num Raimundi de Archubus. Sig✠num Guillelmi Descala. Sig✠num Raimundi Cambiatoris. Sig✠num Geralli de Marimon Sig✠num Bernardi Marcucii.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit suprapositis literis in linea V.ª *(Alphabeto divisa).*

CXVIII.

Perg. nº 341.
28 jun. 1160.

Notum sit omnibus hominibus quoniam ego Guillelmus de Plano dono me ipsum cum omni meo avere et cum omnibus rebus meis in custodia et defensione dompni R. comitis barchinonensis atque aragonensium principis et ut deincebs me et omnia mea secure custodiat atque defendat dabo ei omni tempore vite mee unum porcum comitalem per censum annuatim aut III solidos in denariis. Et istum censum persolvam per singulos annos bajulo suo qui tenuerit barchinonensem bajuliam sine ulla contradictione ad festum Sancti Andree. Quapropter ego Raimundus comes barchinonensis jamdictus recipio et emparo te prenominatum Guillelmum de Paladol sub mea custodia et defensione ut deinceps in omni tuo directo contra omnes te injuriare vel infestare volentes manuteneam atque defendam: et mando ad meum bajulum Barchinone ut si

necesse fuerit cum omnibus meis hominibus Barchinone te defendat et manuteneat. Et similiter hoc mando ad bajulum meum de Villamajore ut loco mei te semper in omnibus manuteneat et defendat cum meis hominibus Villemajoris. Actum est hoc IIII kalendas julii anno XXIII regni Ledovici junioris.—Sub predicta quoque condicione ego Raimundus comes prescriptus recipio te prephatum Guillelmum in hominatico meo et fidelitate tuis propriis manibus. —Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Bernardi Marchucii. Sig✠num Petri Arnalli.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit *(Alphabeto divisa)*.

CXIX.

Perg. nº 342.
Julio 1160.

Noverint universi quod anno Domini millessimo CCC septimo die jovis scilicet II nonas julii coram reverendo patre et domino domno Eximino miseratione divina cesaraugustano episcopo et venerabili dompno Guillelmo de Cavaldos çalmedina civitatis ejusdem comparuit discretus vir dompnus Bernardus de Aversone scriptor excellentissimi domini regis Aragonis et tenens sigilla ipsius domini regis et nomine ejusdem domini regis peciit quod cum idem dominus rex indigeat seu necessarium habeat transumptum autenticum instrumenti seu privilegii infrascripti mandari per predictos dominum episcopum et çalmedinam fieri transumptum autenticum de eodem. Et exhibuit coram

eisdem et per me notarium presentibus testibus subscriptis legi fecit ipsum privilegium non viciatum non cancellatum nec in aliqua sui parte abolitum cujus tenor inferius continetur. Predicti autem domnus cesaraugustanus episcopus et çalmedina civitatis ejusdem viso ipso privilegio et perlecto mandaverunt michi infrascripto notario quod de ipso privilegio facerem transumptum autenticum et publicum: ipsi enim eidem transumpto auctoritatem suam et decretum impenderunt ac etiam prestiterunt. In quorum testimonium jusserunt hujusmodi transumptum sigillorum ipsorum munimine roborari. Tenor vero dicti privilegii sive instrumenti quod quidem erat per alphabetum divisum hic est *(El documento que sigue está encabezado con un monograma)*:—In nomine domini nostri Jhesu-Christi: Ego Raimundus comes barchinonensis et princeps aragonensis facio hanc cartam donationis et confirmationis tibi Petro cesaraugustano episcopo et omnibus successoribus tuis cesaraugustanis episcopis in perpetuum. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate dono et concedo tibi castrum de Deus-lo-vol quod tempore sarracenorum vocabatur Mezimeeger cum omnibus suis terminis et pertinenciis et adempramentis scilicet sotis et pratis et pascuis et acequiis et aquis ex omnibus partibus et montaneïs et planis et cultis et heremis cum ingressibus et egressibus et quiquid pertinet vel pertinere debet ad eundem castrum regali jure sicut melius dici vel intelligi potest: tali pacto ut tu et successores tui post te cesaraugustani episcopi habeatis et possideatis et teneatis et expletetis supradictam donacionem omni tempore ad vestrum profectum et fidelitatem meam successorumque meorum qui regnum aragonensem sunt ha-

bituri: et ut tu et successores tui cesaraugustani episcopi post te donetis michi et successoribus meis irati sive paccati potestatem de predicto castro quantas vices per nos vel per nuncium nostrum a vobis requisierimus secundum morem et consuetudinem barchinonensis patrie. Hoc vero donativum sicut superius scriptum est dono et concedo tibi jamdicto Petro cesaraugustano episcopo et omnibus tuis successoribus cesaraugustanis episcopis ut habeatis et teneatis et possideatis et explectetis salvum et liberum et quietum et ingenuum salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per cuncta secula seculorum amen.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Regine aragonensis et comitisse barchinonensis que hanc donationem concedo laudo et confirmo.—Facta carta in era M^{a}C^{a}LXXXXVIII^{a} anno ab incarnatione Domini millessimo C^{o}LX° in mense julii in civitate que vocatur Barchinona: dominante me Raimundo comite in Barchinona in Aragone in Cesaraugusta in Superarbe in Ripacurcia Tortosa atque Illerda: episcopo Dodone in Oscha: episcopo Martino in Tirassona: episcopo predicto Petro in Cesaraugusta: episcopo Guillelmo Petri in Illerda: Petro de Castelazolo in Calataiub: Sancio Neconis in Darocha: comite palearensis in Ricla: Xemeno de Orreja in Epila: Petro Ortiz in Aranda: Blascho de Oscha in Borga: Fortunio Acenariz in Tarazona et in Uno-Castello: Palacino in Cesaraugusta et in Alagon et in Petrola: Galindo Xamenez in Belgit: Garcia Almurabit in Exeia: Deoadjuda in Sos: Petro Lobez in Lusia: Lo Ferrench in Aguero: Petro Lobez fratre ejus in Luna: Arpa in Loarre: Arnaldo de Alascun in Beloia: Marcho filius Ferriz in Oscha et in Rosca: Galindo Xemenonis in Alca-

la: Fortunio Dato in Barbastro: fratribus milicie templi in Montsone.—Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi ✠. Sig✠num Raimundi de Podio-alto. Sig✠num Gueraldi de Jorba. Sig✠num Guillelmi de Castro-vetulo. Sig✠num Arberti de Castro-vetulo. Sig✠num Raimundi de Munellis. Sig✠num Berengarii de Munellis. Scripta libens ista Petrus confirmo sacrista. — Ego Guillelmus Petri jussu domini mei comitis hanc cartam scripsi et propria manu mea hoc signum ✠ feci *(Alphabeto divisa)*. — Acta sunt hec Cesaraugusta in palacio domni cesaraugustani episcopi die et anno in prima linea contentis. Nos Eximinus episcopus supradictus huic transumpto auctoritatem nostram impendimus et decretum. Ego Guillelmus de Cavaldos çalmedina Cesarauguste huic transumpto auctoritatem meam impercior et decretum in quorum testimonium hoc transumptum mandavi sigilli curie çalmedinatus appensione muniri per notarium infrascriptum testibus ad predicta adhibitis specialiter et rogatis Egidio Martin de Camacurta Petro de Ayles rectore ecclesie de Riello et Johanne de Mercuello filio Garsie de Mercuello quondam vicinis Cesarauguste.—Sig✠num mei Guillelmi de Porta notarii publici Cesarauguste et auctoritate illustrissimi principis domini regis Aragonis per totam terram et dominationem suam qui hoc translatum ab originali privilegio bene et fideliter de verbo ad verbum sumptum propria manu scripsi et sigillo curie çalmedinatus Cesarauguste mandato çalmedine prehabiti sigillavi. *(Penden de este documento dos sellos de bula con cintas de seda encarnada.)*

CXX.

Perg. nº 343.
7 ago. 1160.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Raimundus Dei gracia comes barchinonensis et princeps aragonensis dono tibi Petro de Balma et omni tue projenici atque posteritati in ipso meo mercato quod est extra muros Gerunde in ipso arenio ad occidentalem partem juxta fluvium Undaris potestatem et locum ad edificanda operatoria et banchos et tabulas. Ipsa autem operatoria edificabis a domo que fuit Raimundi de Beviano usque ad superiorem partem domorum que fuerunt Daganeti et dimites atque laxabis inter ipsa operatoria et domos antiquas unam grandem et amplam plateam. Antique vero domus non possint ulterius extendi aut dilatari ne ipsa platea possit stringi vel minui: tabulas autem et bancos edificabis ab ipsa cantera mei furni quem tenet Gerallus Torti usque ad superiorem partem domorum que fuerunt Daganeti et infra predicta operatoria et tabulas vel banchos dimites atque laxabis alteram grandem et amplam plateam. Et infra predictos terminos nec ego nec aliquis homo vel femina possit edificare tenere vel habere operatoria vel tabulas sive banchos vel escharrazones nisi per te vel per tuum mandamentum vel stabilimentum tuorumque successorum. Et ipsum generale mercatum sit semper infra predictos terminos nec inde possit unquam mutari per aliquam personam

in aliquo tempore. De jamdictis vero operatoriis et tabulis vel banchis non dabis tu nec tui nec aliquis homo vel femina qui per te vel per tuos ibi fuerint aliquem usaticum vel leudam vel forciam nisi tibi vel cui tu volueris preter solam ipsam leudam quam soleo accipere in ipsis tabulis de ipso macello. Pro jamdicto vero honore quem tibi dono dabis tu et tui in perpetuum michi meisque successoribus annuatim in festo beati Michaelis CC porcos de terno solido vel DC solidos in denariis quiquid horum ego vel mei melius voluerimus et deinceps non eris sub districto alicujus vicarii vel vicinorum de oste vel de chesta. Et quiquid melioracionis facere poteris in predicto accapte absque contradictione vel prohibitione alicujus persone facere possis. Et convenio tibi ut omnem supradictam donacionem faciam tenere et habere tibi et tuis omni tempore sub custodia et defensione mea : sub tali conveniencia ut nec tu nec tui predictum honorem vel aliquid de predicto honore possis vendere vel alienare nisi burgensibus vel judeis in quibus habeam salvum et integrum meum censum atque usaticum. Ego autem supradictus Petrus de Balma convenio tibi domino meo R. comiti suprascripto per bonam fidem sine engano ut prescriptum censum tibi tuisque successoribus omni tempore fideliter reddam et omnia edificia et melioraciones supradictas studiose fideliterque faciam et compleam sine enganno. Si quis antem hoc disrumpere temptaverit nichil proficiat sed in duplo componat et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Facta ista carta donacionis et confirmacionis VII idus augusti anno XXIIII regni Ledovici junioris.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. (*Si-*

que una firma hebrea que dice: Schalatiel hijo de Rabí Schesche: bendita sea la memoria del justo.) Poncius abbas Sancti Johannis ✠. Sig ✠ num Raimundi de Gerundella. Sig ✠ num Arnalli de Lercio. Sig✠num Bertrandi de Castelet. Sig✠num Raimundi de Vila de Muls. Sig✠num Guillelmi de Castelvei. Sig✠num Guillelmi Catalani tunc vicarii barchinonensis. Sig✠num Berengarii de Mulnellis. Sig✠num Berengarii de Cigar. Sig✠num Bruni. Sig✠num Bernardi Bovis. Sig✠num Arnalli de Rased.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit suprapositis litteris in linea XVª et XVIª *(Alphabeto divisa).*

CXXI.

Apén. n. 8.
Set. de 1160. In nomine Domini: anno incarnationis ejusdem MCLX mense septembris ego Raimundus Berengarii comes barchinonensis scio et cognosco in veritate quod ego debeo tibi Guillelmo Leterico et tuis et illis qui mandato tuo quesierint sex milia et DCC morabotinos de Barbaroia legalis et boni ponderis quos in integrum et sine tuo tuorumque enganno tibi Guillelmo Leterico vel mandatario tuo persolvam ad tuam tuorumque notitiam et voluntatem: quod usquequo factum habeam dono inde vobis et vestris X ostaticos et tenedors qui sub potestate vestra in Montepessulano ostaticum teneant de quo aliquo modo non exeant sine vestri vestrorumque licentia: et unusquisque os-

taticorum teneatur tibi Guillelmo Leterico et tuis in solidum de toto predicto avero. Isti vero sunt ostatici et tenedors sclicet Arnaldus de Lersz Raimundus de Vilademurs Guillelmus de Castellovetulo Berengarius de Caneto Bernardus de Corçavins Guillelmus de Castellonovo Berengarius Bertrandi Baimundus de Molnells Rambaldus de Bazellis Bernardus de Molnells. Ego vero predictus Arnaldus de Lersz cognosco et scio me ostaticum et tenedor esse de toto prescripto avero tibi Guillelmo Leterico et tuis et ideo bona fide et sine dolo cum hac carta convenio atque promitto tibi Guillelmo Leterico et tuis quod dominus meus Raimundus Berengarii comes barchilonensis totum prescriptum averum tibi Guillelmo Leterico vel tuis persolvat ad tuam tuorumque notitiam sine tuo tuorumque enganno sicut prescriptum est. Quod nisi fecerit ego Arnaldus de Lersz persolvam tibi Guillelmo Leterico vel tuis in integrum totum prescriptum averum ad tuam tuorumque notitiam sine tuo tuorumque enganno et mitto me in tuum ostaticum in Montepessulano sub tua tuorumque potestate et de tua tuorumque potestate non exeam sine tua tuorumque licentia quousque totum prescriptum averum tibi Guillelmo Leterico vel tuis sit persolutum in integrum: et totum hoc sicut prescriptum est tenebo et observabo ego Arnaldus de Lersz si Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia ad tuam tuorumque notitiam et voluntatem. Et ego Raimundus de Vilademurs promitto et convenio tibi Guillelmo Leterico et tuis per me ipsum et mitto me inde in tuam tuorumque potestatem quod sicut Arnaldus de Lersz per se totum hoc convenit et promisit et prescriptum est ita tenebo et observabo per me si Deus me ad-

juvet et hec sancta Dei evangelia ad tuam tuorumque notitiam et voluntatem. Et ego Guillelmus de Castelloveteri sicut Arnaldus de Lersz et Raimundus de Vilademurs convenerunt per se ita convenio ego per me et mitto me inde in tuam tuorumque potestatem si Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia ad tuam tuorumque notitiam in solidum. Et ego Berengarius de Caneto per me convenio et promitto totum hoc attendere sicut prescripti juraverunt per se et mitto me inde in tuam potestatem ad tuam tuorumque notitiam in solidum si Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia. Et ego Bernardus de Corzavins id idem similiter juro. Et ego Guillelmus de Castello id idem similiter juro. Et ego Berengarius Bertrandi id idem similiter juro. Et ego Raimundus de Molnels id idem similiter juro. Et ego Reambaldus de Bazellis id idem similiter juro. Et ego Bernardus de Molnells id idem similiter juro. Manlevatores sunt quisque in solidum de predictis ostaticis et tenedors per sacramentum Ermegavus de Leucata Willelmus de Pictavis Petrus Raimundi de Narbona Raimundus de Salis Petrus de Fenoleto Willelmus de Castello Rosillon et Willelmus de Durban per fidem plevidam. Et Ermengardis viscomitissa narbonensis similiter in solidum malevatrix et recepit inde Guillelmum Letericum et suos in Dei fidem et suam. Et similiter de toto sunt manlevatores per sacramentum Ermengavus de Melgorio Guillelmus de Arsiacio Petrus Seguerius de Biterris et Guillelmus de Montepessulano et Trencavellus sunt de toto hoc manlevatores per fides suas plevidas. Hujus rei testes sunt Pelegrinus Poncius Beton Petrus Catalan Petrus Manent Willelmus Estaphani Willelmus Simeon Bernardus Belin Raimundus

de Anania Poncius Aimoini Petrus Deodati. Et sit manifestum quod Guillelmus Raimundi Senescalc manlevavit de prioribus X tenedors los V priores ita quod si aliquis eorum moreretur vel mentiretur quod ipse restauraret adeo bonum ad notitiam Gillelmi Leterici vel daret D marabotinos Guillelmo Leterico et suis et de hoc accepit Guillelmum Leterici in Dei fidem et suam. Et istos D marabotinos juravit Petrus vetus de Arsiacio et Arnaldus de Cerveria et alios D marabotinos eodem pacto juravit Geraldus de Maurimon Guillelmo Leterico et suis et ita quod de Montepessulano non exiret donec istos D marabotinos habuisset persolutos et vel inde fuisset manlevatus. Et ex alia parte Willelmus de Alesto convenit Guillelmo Leterico et suis M marabotinos et ita sunt MM marabotini inter Guillelmum Raimundi Senescalc et Geraldum de Maurimon et Willelmum de Alesto. Si aliquis predictorum priorum V militum moreretur vel mentiretur et comes est prolongatus de isto avero prescripto usque ad festum sancti Andree tali pacto quod si aportaretur ei averum de rege anglico vel de Ispania vel undecumque ei avenıret Guillelmus Leterici debet esse pacatus prior ante omnia alia debita et negocia que comes habeat vel habuit illo tempore. Et totum hoc convenit sicut scriptum est comes Guillelmo Leterico: et si interim infra hunc terminum vel postea aliquis de predictis tenedors redierit ad Montempessulanum vel hinc inde debent remanere per sacramentum in potestate Willelmi Leterici. Et de toto hoc comes recepit Guillelmum Letericum in Dei fidem et suam in osculo fidei. Hujus rei testes sunt Pelegrinus Poncius Beton Petrus Catalani Petrus Manent Willelmus Escarani Willelmus

Simeon Bernardus Belin Raimundus de Anania Poncius Aimoni Petrus Deodati et Fulco qui scripsit. *(Cancelada.)* —*Al dorso del mismo pergamino hay continuado tambien el si-*
Nov. 1174. *guiente documento:*—Anno incarnationis Domini MCLXXIIII mense movembris in festivitate sancti Martini. Sit manifestum quod Fulco scriptor et Pelegrinus et Guillelmus Simeon et Petrus Manent et Raimundus de Aniana et Poncius Aimoini et Petrus Deodati juraverunt corporaliter super sancta Dei evangelia hoc totum verum esse sicut in altera parte hujus carte scriptum est. Et sciendum est quod Guido Gerejiatus tutor et patruus domni Guillelmi Montispessulani diligenter inquisivit per sacramentum et examinavit unumquemque per se de prenominatis testibus assistentibus ei Guillelmo de Fonranis bajulo Montispessulani Raimundo Grosso vicario Montispessulani curie et Guillelmo Cristoforo scriptore curie. Factum est hoc in domo Guillelmi Leterici et ibidem dominus Guido Gueregiatus mandavit hanc cartam bollari. Adfuerunt testes Guillelmus Tron Petrus de Lodeva Bernardus Pelegrinus Roca Petrus Manent filius Petri Manent Guillelmus Arnaldi. Et ita sicut scriptum est ego Guido Geregiatus totum hoc pro firmo et stabili habeo sicut in tota ista carta scriptum est et continetur intus et extra ex ambabus partibus in presentia et testimonio predictorum testium.

CXXII.

Sit notum cunctis quod ego R. comes barchinonensis et princeps aragonensis debitor sum tibi Guillelmo Leterico de VI milia morabetinis bonis aiadinis et lupinis recti ponderis quos convenio tibi vel tuo mandatario qui per tuum bonum eos demandaverit persolvere usque ad festum Sancti Michaelis primum venientem. Et hoc convenio tibi vel tuis adtendere et complere sine tuo tuorumque enganno ad tuam noticiam. Et pro istis VI milia morabetinis sunt tibi obsides Trencavellus et domina Ermengardis Narbone et Guillelmus Montispessulani cum omnibus aliis ostaticis et manlevatoribus et tenetoribus quos in Montepessulano tibi dedi sicut in alia tua carta scripti sunt. Et item dono tibi obsides videlicet Arbertum de Castrovetulo et Bertrandum de Castelleto et Berengarium de Barchinona. Et ego Albertus de Castrovetulo juro et convenio tibi Guillelmo Leterico super IIII evangelia quod si dominus comes non paccaret tibi vel tuo mandatario usque ad festum Sancti Michaelis primum venientem sicut dictum est hos VI milia morabetinos ego venirem apud Motempessulanum in tuo ostatico commoniti per te vel per nuntium tuum et inde nullomodo exirem nisi tua licentia donec predicti VI milia morabetini tibi vel tuis persolvantur sine tuo enganno. Et ego Bertrandus de Castelleto juro similiter. Et ego

Apen. n.º 9. Feb. 1161

Berengarius de Barchinona juro similiter. Item si me R. comitem antequam predictum debitum tibi persolvatur mori contingerit mito tibi in pignore meam dominicaturam de Parafrugello cum omnibus expletis et pertinentiis suis et meam dominicaturam de Lagostera cum omnibus expletis et pertinentiis suis de quibus recuperes in unoquoque anno ad persolvendum predictum debitum mille morabetinos: et si aliquid inde minuerit quod predictos mille morabetinos inde pleniter in unoquoque anno recuperare non posses mito tibi in pignore totas meas exitas de Gerunda tam de lezdis quam de molendinis et de aliis omnibus eximentis ex quibus recuperes in unoquoque anno quod tibi minuerit de predictis mille morabetinis. Similiter mito tibi in pignore totas meas exitas de Barchinona de quibus recuperes in unoquoque anno ad persolvendum predictum debitum mille morabetinos. Et hos duo milia morabetinos in unoquoque anno recuperes de predictis pignoribus donec inde VI milia morabetinos recuperatos sine tuo tuorumque enganno habeas: et si aliquod avere ex pairia vel aliquo alio modo mihi vel meis evenerit ut illud totum tibi vel mandatario tuo persolvatur donec totum debitum predictum tibi persolutum et paccatum sit sine inganno. Et ego Guillelmus barchinonensis episcopus convenio tibi Guillelmo Leterico quod si forte fortuitu evenerit mori jamdictum comitem antequam tuum avere habeas recuperatum faciam statim tibi et tuis habere et tenere et explectare quiete jamdicta pignora quousque inde VI milia morabetinos vel quantum tibi minuerit de predictis VI milia morabetinis recuperatos habeas sicut superius scriptum est per jamdictos terminos. Et ego Guillelmus girundensis episcopus convenio tibi et tuis si-

militer. Et ego Petrus ausonensis episcopus convenio tibi et tuis similiter. Et ego Jofredus rivipollensis abbas similiter. Et ego Poncius abbas Sancti Johannis similiter. Et ego Bernardus Marcutii similiter. Et ego Guillelmus de Escala similiter. Et ego Guillelmus Catalan similiter. Et ego Guillelmus Raimundi Dapifer similiter. Et ego Abraam Alfachim similiter. Et ego Saltellus judeus similiter. Ego vero Raimundus comes barchinonensis et princeps aragonensis accipio te in Dei fide et mea ut sicut superius scriptum est tibi et tuis adtendatur et adimpleatur sine tuo tuorumque enganno. Et si in medio me mori contingerit laudo tibi et tuis ut statim accipias predicta pignora cum omnibus expletis que tunc ibi vel in antea fuerint. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini millessimo C°LX°I° in mensis februarii in obsidione Bavoii. Hujus rei testes sunt Guillelmus Sancti Felicis vicarius Carcassone Bernardus de Cortsavins Petrus Vetulus de Arzaz Girbertus de Arlenis Bernardus Morrut Airaldus Petit Johanes Tropassen Guillelmus Olrich Petrus Moret Bernardus Guillelmi Eimericus Talador Johanes Dolzet.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. Guillelmus Dei gratia gerundensis ecclesie episcopus subscribo. Gaufredus abbas rivipollensis ✠. Poncius abbas Sancti Johannis ✠. Sig✠num Bernardi Marcucii. Sig✠num Guillelmi de Escala. Sig✠num Guillelmi Catalan. Sig✠num Arberti de Castrovetulo. Si✠gnum Bertrandi de Casteleto. Sig✠num Berengarii de Barchinona.—Sig✠num Guillelmi Petri scribe qui preceptum domini comitis hoc scripsit. — Sed sciendum est quod predictus comes dedit Guillelmo Leterico X hostaticos et tenedors scilicet Arnaldus de Lers Rai-

mundus de Villa de Murs Guillelmus de Castellovetulo Berengarius de Canneto Bernardus de Corzavins Guillelmus de Castellonovo Berengarius Bertrandi Raimundus de Molnelz Raimbaldus de Bazellis Bernardus de Molnelz. Et nos X predicti cognoscimus esse hostaticos et tenedors tibi Guillelmo Leterico et tuis ad tuam tuorumque notitiam apud Montempessulanum et inde non discedemus nisi tua dilatione donec totum predictum avere tibi et tuis persolutum sine inganno sit et in tua tuorumque potestate manebimus et ita quisque nostrum pro toto constituimus debitores et paccatores ad tuam notitiam de toto avero sicut in alia carta scriptum est in qua juravimus.— Manulevatores sunt isti de predictis hostaticis quisque in solidum pro sacramento Ermengauvus de Leucata Guillelmus de Peiteris Petrus Raimundi de Narbona Raimundus de Salas Petrus de Fenolleto Guillelmus de Castello de Rossillone Ermengauvus de Melgorio Guillelmus de Arzaz Petrus Figuerius de Biterris. Et isti sunt manulevatores de predictis X hostaticis et tenetoribus morte et mentimento et hoc juraverunt unusquisque pro toto super IIII Dei evangelia. Et de predictis tenetoribus et hostaticis est manulevatrix Ermengardis vicecomitissa narbonensis de morte et mentimento et hoc plevivit per fidem suam et Guillelmus de Durbati similiter per fidem suam et Willelmus Montispessulani similiter per fidem suam et Trencavellus similiter per fidem suam. Et Petrus Veteris et Arnaldus de Cerveria firmaverunt de supredictis morabatinis quingentos per sacramentum. Et Guiraldus de Mourimon alios D morabetinos per sacramentum. Et Guillelmus de Alesto reddidit se debitorem de aliis M morabatinis.

CXXIII.

Perg. n° 349.
17 jul. 1161.

Notum sit omnibus quoniam ego R. Dei gratia comes barchinonensis princeps aragonensis et marchio dono tibi fideli meo Bernardo Fulconis ut facias unum casale molendinorum in tuo alodio sub ipso Bedorch in loco qui dicitur Sussisa. Et dono tibi atque concedo ut accipias aquam infra terminos de Apiera et de Bedorch et de Chabrera ubi melius potueris vel volueris ad tuum prode et meum ita quod facias et construas molendina quot potueris in prenominato casale : et dono eisdem molendinis suos regos et suos capud regos et suos exaguadors et suos glevares et pedregares et legnares et omnia que ad usus molendinorum sunt necessaria infra terminos mei honoris. Et convenio tibi dare in hac prima vice que ipsis molendinis predicti casalis in hac prima edificacione fuerint necessaria: postmodum vero tu prephattus Bernardus et tui post te dabitis eisdem molendinis omnes molas que ibi fuerint opus in omne tempore. Convenio etiam tibi ut in hac prima constructione molendinorum omnes homines de Apiera et de terminis ejus faciant ibi de unaquaque domo duos jornales cum suo conducto. Sub tali pacto hec omnia tibi dono et omni tue projeniei atque posteritati ut a die in antea qua ipsi molendini fuerint edificati et ad molendum bene preparati dones exinde annuatim michi et meis fideliter

totam medietatem de omnibus molturis et de omnibus eximentis que de ipsa moltura inde exierint aliquo modo sine alia mea missione levata semper ipsa molneria. Siquis autem hoc disrumpere temptaverit in duplo componat et hoc donum firmum permaneat omni tempore. Facta ista carta XVI kalendas augusti anno XXIIII regni Ledovici junioris.—Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Berengarii de Mulnellis. Sig✠num Petri Berengarii vicarii de Villafranca.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit die et anno prescripto dampnatis litteris in linea VIIII.

CXXIV.

Perg. nº 330. 23 jul. 1161.

Notum sit cunctis: quod ego Joannes de Gron convenio tibi domino meo Raimundo Dei gratia comiti barchinonensi et principi aragonensi propter illam donationem quam michi fecisti esse tuus fidelis et habitator in Barchinona: et si forte aliquod viaticum in aliquibus locis fecero ausiliante Deo revertar Barchinonam sine fraude et malo ingenio et quod ista carta post me non noceat infantibus meis. Actum est hoc X kalendas augusti anno XXIIII regni Ledovici junioris. — Sig✠num Johannis de Gron qui hoc laudo et firmo firmarique rogo. Sig✠num Bernardi Marcucii. Sig✠num Guillelmi de Gardia. Sig✠num Berengarii de Mulnellis. — Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hoc scripsit die et anno quo supra.

CXXV.

Perg. n. 351. 24 jul. 1161.

Notum sit omnibus hominibus: Quoniam ego Poncius de Palaciolo pono atque comendo me ipsum cum omni honore meo quem hodie habeo vel in antea aquisiero sub custodia et defensione atque bajulia domini mei Raimundi comitis barchinonensis aragonensium principis et propriis manibus meis hominaticum facio ut amodo ego et mei et omnia mea sub tutela et custodia sua in pace et securitate consistant. Et convenio jamdicto comiti domino meo ut annuatim ei persolvam ego et mei post me unum porchum comitalem aut IIII solidos monete curribilis Barchinone ad festum sancti Michaelis omni tempore. Ego siquidem jamdictus comes Raimundus suscipio te prephatum Poncium et omnia tua in mea custodia et defensione et quod manuteneam te et tua in jure tuo contra omnes homines et feminas salvo semper censu superius nominato. Actum est hoc VIIII kalendas augusti anno XXIIII regni Ledovici junioris. — Sig✠num Raimundi comes. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. — Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit per mandatum domini comitis die et anno prescripto. *(Sigue una firma hebrea que dice: Conquistador de Fierro á la edad de. . . . . . .)*

CXXVI.

Perg. n° 344.
19 ago. 1161.

Sit notum omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Calvetus vendo tibi Raimundo comiti barchinonensi aragonensium principi; medietatem ipsius mei operatorii simul cum medietate cortalli sibi continenti que omnia habeo in suburbio Barchinone in platea mercati quam tu comes jamdicte comparasti et acquisisti in Barchinonam a parte orientali ante portam castri veteris Barchinone: et sicut predictum operatorium cum prephato curtallo habetur et continetur et suis notis afrontacionibus ambitur sicut vendo jamdictam medietatem tibi prephato Raimundo barchinonensium comiti aragonensium principi propter L morabitinos ajadinos et lupinos quos in precio de te accepi: et de meo jure et potestate trado hec omnia in tuum jus et dominium ad omne velle tuum ibi et inde perficiendum in perpetuum. Siquis autem hoc disrumpere vel violare temptaverit in duplo componat et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore. Facta carta XIIII kalendas septembris anno XXIIII regni Ledovici junioris.—Sig✠num Calveti supradicti qui hanc cartam vendicionis fieri jussit firmavit et testes firmare rogavit. Sig✠num Arnalli de Lercio. Sig✠num Arnalli de Rased. Sig✠num Bernardi Bovis. Sig✠num Guillelmi Catalani vicarii barchinonensis.—Sig✠num Poncii scribe qui hoc scripsit die et anno

quo supra. (*Sigue una firma hebrea que dice. Clavih el que vendió al dominador.*)

CXXVII.

Bulas Pontificias. Leg.1, n.21. 13 Mayo.

Adrianus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro Raimundo barchinonensi comiti salutem et apostolicam benedictionem. Veniens ad nos venerabilis frater noster D. . . . . oscensis episcopus de statu et conversatione tua nos plurimum exhilaravit asserens te et justitie cultum diligere et ecclesias Dei honeste satis et sincera caritate tractare: quod utique tanto majorem nobis letitiam contulit et animo nostro majus gaudium subinduxit quanto personam tuam ampliori affectione diligimus et in quibus secundum Deum possumus libentius honoramus. Rogamus itaque nobilitatem tuam monemus et exhortamur in Domino ut animus tuus de bonis ad superiora de superioribus semper ad majora proficiat et ita te de cetero in his que Dei sunt habeas ut tam in oculis hominum quam in divine Majestatis aspectu pro bonis operibus debeas commendabile apparere. Ad hec predictum fratrem nostrum episcopum dilectioni tue attentius commendamus rogantes plurimum ut eum et ecclesiam suam pro beati Petri et nostra reverentia diligas manuteneas et honores et eum ab iniquorum impugnationibus interventu nostro viriliter tuearis. Data Laterani III idus maii.

CXXVIII.

Bulas Pontificias.
Leg. 1, n. 14.
22 Junio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei. Universis Dei fidelibus prudentibus viris ad quos littere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. Omnibus qui cristiana professione censentur indubitanter credendum est quod sancta Dei ecclesia omnium fidelium spiritualis mater est et nonnisi per ipsam delictorum nostrorum veniam consequi nec eterne felicitatis gaudia possumus promereri. Expedit ergo fidelibus cristianis ut quotiens eadem mater nostra vim patitur vel ab infidelibus populis opprimitur ipsam fideliter omnibus viribus adjuvent et si necesse fuerit animas pro ea ponere ne formident. Ideoque per apostolica scripta universitatem vestram rogamus monemus et exhortamur in Domino quatenus ad expugnacionem infidelium et inimicorum crucis Christi viriliter accingamini et cum nobili viro Raimundo Barchinone comite pro defensione cristiane fidei et totius sancte ecclesie cum devotione proficisci nullatenus dubitetis. Ut autem pro tanto labore dignum premium vos habituros speretis illam peccatorum remissionem que a predecessore nostro felicis memorie papa Urbano ad liberationem orientalis ecclesie tunc transeuntibus statuta est vobis auctoritate apostolica confirmamus. Uxores etiam et filios vestros bona quoque et possessiones sub sancte ecclesie nostra etiam et archiepiscoporum episcoporum et

aliorum prelatorum ecclesie Dei protectione manere decernimus: peccatorum autem remissionem et absolutionem omnipotentis Dei et beati Petri apostolorum principis auctoritate nobis a Deo tradita talem concedimus ut qui tam sanctum iter devote inceperit et perfecerit sive ibidem mortuus fuerit de omnibus peccatis suis quibus corde contrito et humiliato confessionem susceperit absolutionem obtineat et sempiterne retributionis fructum ab omnium bonorum Remuneratore percipiat. Data Sigme X kalendas julii.

CXXIX.

Adrianus episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus terrachonensi archiepiscopo et narbonensi archiepiscopo apostolice sedis legatis eorumque suffraganeis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectum filium nostrum Raimundum illustrem barchinonensem comitem a multis temporibus devotum plurimum ac fidelem sacrosancte romane ecclesie extitisse atque ad ejus obsequium sollicitum semper exhibuisse se ac paratum nos ipsi multis rerum experimentis agnovimus et ad discretionis vestre notitiam credimus absque dubio pervenisse. Unde et nos in proposito et voluntate habemus eum tamquam devotissimum et specialem filium nostrum sincera caritate diligere et ipsum ab iniquorum impugnationibus propensius defensantes Bulas Pontificias. Leg. 1, n. 18. 23 Junio.

in omni sua justitia sollicite intendimus confovere. Venerabiles autem fratres nostri pampilonensis et cesaraugustanus episcopi nobis ex parte sua proponere studuerunt quod treugua et pax inter eum et Lupum Valentie regem discissa sit et penitus violata. Sane cum ipse comes sicut instanter asserit ad edomandas barbaras gentes et efferas nationes rabiem videlicet sarracenorum quorum pestis est perniciosissima christianis modis omnibus auctore Domino reprimere intendat et viriliter impugnare quidam tamen christiane professionis qui eidem comiti adversantur tum inimicitia tum etiam pecunie cupiditate seducti simul cum sarracenis sicut accepimus eum intendunt offendere atque inclitum ejus animum a tam laudabili proposito retardare: quod utique tanto magis nobis grave est ac molestum quanto et personam ejus sinceriori affectione diligimus et factum tam impium atque a religione christiane fidei alienum perniciosum ad presentes et posteros prodire cognoscimus in exemplum. Ut igitur qui hoc attemptare presumpserint rem sacrilegam et profanam se doleant incepisse fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus omnes christianos qui prefatum comitem cujus personam et totam terram sub beati Petri ac nostra protectione suscepimus ut ab iniquorum incursibus pro nostri officii debito defendamus a suo proposito presumpserint impedire et vel cum sarracenis vel etiam sine eis ipsum vel terram ejus dum in hoc proposito fuerit temptaverint molestare auctoritate nostra non differatis censura ecclesiastica cohercere et omnes terras eorum usque ad condignam satisfactionem interdicti sententie supponatis. Data Sutrii VIIII kalendas julii.

CXXX.

Bulas Pontificias. Leg. 1, n. 17. 24 Junio.

Adrianus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili vero Raimundo barchinonensi comiti salutem et apostolicam benedictionem. Etsi ex injuncto nobis a Deo apostolatus officio universis Dei fidelibus existamus in sua justitia debitores illis specialiter oportet nos sua jura servare et eorum postulationes admittere qui potentia et nobilitate preclari sacrosancte romane ecclesie fideles existunt et in ejus sunt servitio et devotione ferventes. Eapropter dilecte in Domino fili Raimunde ilustris comes illius devotionis sinceritatem et integritatem fidei quam erga beatum Petrum et nos ipsos habere dinosceris attendentes juxta tue preticionis instantiam totam terram quam Adefonsus quondam aragonensium rex sine herede decedens Sepulchro Domini Hospitali et Templo pro anime sue salute reliquit et fratres Sepulchri cum consensu patriarche hospitalarii et templarii eandem terram tibi postea concessisse noscuntur sicut ab eis nobilitati tue concessa est et scriptis propriis roborata tam tibi quam heredibus tuis auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit secundo terciove commonitus nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit

potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat atque in extremo examine divine ultioni subjaceat. Cunctis vero eam servantibus sit pax Domini nostri Jhesucristi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Data Sutrii VIII kalendas julii.

CXXXI.

Bulas Pontificias.
Leg. 1, n. 13.
25 julio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Raimundo illustri barchinonensium comiti salutem et apostolicam benedictionem. Personam et honorem tuum paterno affectu diligimus et ut actus tui semper de bono in melius ductore Domino dirigantur optamus. Inde est quod de adversitatibus tuis si forte quod non optamus emergunt valde dolemus et cum prosperitates et successus tuos audimus gratum nobis est et in Domino jocundamur. Pro pace vero et concordia que inter te et dilectum filium nostrum G. illustrem pampilonensium ducem sicut per dilectum filium nostrum magistrum R. nobis innotuit divina favente clementia incepta est multum gaudemus et Deo gratias agimus quoniam sicut de guerra que diu inter vos peccatis exigentibus viguit ecclesiarum detrimenta oppressiones pauperum et alia plurima dampna peccatis exigentibus provenere ita nimirum de reformatione pacis honorem Deo

tranquillitatem christiano populo regimini tuo commisso et inimicis crucis Christi confusionem speramus opitulante Domino prodere. Monemus itaque nobilitatem tuam et exhortamur in Domino ut tantum bonum quod jam initiatum est producere et ad complementum Deo et hominibus gratum solicite et cum omni diligentia perducere studeas: sine pacis namque et concordie unitate nec Deo gratum exhibere obsequium nec terram regimini tuo a Deo commissam secundum justicie tramitem poteris gubernare. Data Lore VIII kalendas augusti.

CXXXII.

Hec est carta conveniencie quam fecit Petrus abbas rivipollensis Raimundo comiti barchinonensi et aragonensium principi in Provincia apud urbem arelatensem in palacio comitis quod apellatur Truila infra ecclesiam Sancti Salvatoris de ipsa capella que ibi est sita in presencia Guillelmi Raimundi Dapiferi et Bernardi de Bellog et Petri Bertrandi de Bellog et Arnalli de Lercio atque Raimundi Arnalli de Vila de Muls ac Guillelmi Ibiloti. Convenit namque jamdictus P. abbas rivipollensis prenominato Raimundo comiti barchinonensi per fidem suam et per ordinem suum quod de causa et de negocio rivipollensi ita se contineat et ita faciat de se et de illis omnibus de quibus districtum vel potenciam habeat sicut comes prenominatus ei man- N 4. 30 julio

daverit per se aut per alium vel per alios. Hoc idem similiter ei convenit abbas Sancti Saturnini in fide et ordine suo. Miro prepositus similiter. Benedictus de Cervera similiter. Arnallus de Mataplana similiter. Facta est hec conveniencia apud urbem arelatensem III° kalendas augusti anno. . . .

CXXXIII.

Bulas Pontificias. Leg. 1, n. 15. 24 setiem.

Anastasius episcopus servus servorum Dei. Universis Dei fidelibus prudentibus viris ad quos litere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictionem. Omnibus qui christiana professione censentur indubitanter credendum est quod sancta Dei ecclesia omnium fidelium spiritualis mater est et nonnisi per ipsam delictorum nostrorum veniam consequi nec eterne felicitatis gaudia possumus promereri. Expedit ergo fidelibus christianis ut quociens eadem mater nostra vim patitur vel ab infidelibus populis opprimitur ipsam fideliter omnibus viribus ajduvent et si necesse fuerit animas pro ea ponere non formident. Ideoque per apostolica scripta universitatem vestram rogamus monemus et exhortamur in Domino quatenus ad expugnationem infidelium et inimicorum crucis Christi viriliter accingamini et cum nobili viro Raimundo barchinonensi comite pro defensione christiane fidei et tocius sancte ecclesie cum devotione proficisci nullatenus dubitetis. Ut autem pro tanto

labore dignum premium vos habituros speretis illam peccatorum remissionem que a predecessore nostro felicis memorie papa Urbano ad liberationem orientalis ecclesie tunc transeuntibus statuta est vobis auctoritate apostolica confirmamus; uxores etiam et filios vestros bona quoque et possessiones sub sancte ecclesie nostra etiam et archiepiscoporum episcoporum et aliorum prelatorum ecclesie Dei protectione manere decernimus. Peccatorum autem remissionem et absolutionem omnipotentis Dei et beati Petri apostolorum principis auctoritate nobis a Deo tradita talem concedimus ut qui tam sanctum iter devote inceperit et perfecerit sive ibidem mortuus fuerit de omnibus peccatis suis quibus corde contrito et humiliato confessionem susceperit absolutionem obtineat et sempiterne retributionis fructum ab omnium bonorum Remuneratore percipiat. Data Laterani VIII kalendas octobris.

CXXXIV.

Bulas Pontificias. Leg.1, n. 19. 5 diciem.

Adrianus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio nobili viro comiti barchinonensi salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana Ecclesia singulari quadam amoris prerogativa quibusdam personis consuevit quandoque talia indulgere qualia passim non omnibus conceduntur ut ex ipsa speciali concessione appareat singulare privilegium meruisse devocio specialis et detur evidenter

intelligi quod et devotos filios affectu paterno diligat et ipsos studeat pro sui officii debito specialiter honorare. Hoc ergo dilecte in Domino fili racionis debito provocati preces tue nobilitatis benigne admissimus et personam tuam speciali decrevimus privilegio decorare quatinus sacrosancte Romane Ecclesie tanto debeas ampliorem fidelitatem atque reverentiam jugiter exhibere quanto ab ipsa majora te noveris beneficia recepisse. Nobilitatem itaque tuam presenti scripto auctoritate apostolica munientes statuimus ut nemini liceat personam tuam vinculo anathematis innodare seu subicere interdicto nisi forte speciale mandatum super hoc a Sede apostolica habeat vel Romane Ecclesie legato qui sit a latere romani pontificis destinatus aut in Romane Ecclesie quod absit incidas interdictum. Ut autem nobilitatis tue devocio majus privilegium se gaudeat a Romana Ecclesia recepisse presenti decreto sancimus ut ad quemcumque locum deveneris quamvis locus ipse interdicti teneatur sentencia obligatus liceat capellano tuo tibi et tue familie tantum clausis januis et exclusis excommunicatis et interdictis divina officia celebrare. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre constitucionis seu concessionis paginam temerario ausu infringere vel ei modis quibuslibet contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus incurrat. Data Laterani nonas decembris.

CXXXV.

Adrianus episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus B. . . . . narbonensi archiepiscopo et apostolice sedis legato et A. . . . . helenensi episcopo et universis baronibus per helenensem episcopatum constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Que a predecessoribus nostris rationabiliter sunt statuta nullius temeritate volumus perturbari sed inconcussa ea mandamus et illesa ab omnibus servari. Predecessor autem noster felicis memorie papa Eugenius comitem Gaufridum et eam quam tenet adulteram excommunicationis vinculo innodavit pro eo videlicet quod legitima uxore dimissa non est veritus adulteram sibi matrimonio copulare. Et quia ut nobis dicitur pertinaciter adhuc in sua iniquitate perdurat eandem sententiam ratam habentes mandamus eam ab omnibus inviolabiliter observari. Statuentes ut eidem comiti numquam sit liberum legitima etiam uxore defuncta eam sibi matrimonio copulare quam nec est dubium manifesto adulterio polluisse. Filios autem quos ex adultera in adulterio procreavit qui spurii a jure censentur decernimus perpetuo paterna hereditate carere nec eis liceat ullo tempore aliquid hereditatis ipsius comitis jure successionis petere vel habere. Si vero ab eis hoc fuerit aliquando attemptatum excomunicationis vinculo se noverint innodandos.

Bulas Pontificias. Leg. 1, n. 20.

CXXXVI.

Apén. n. 10.

Notum sit omnibus quia sub ista convenientia intrat Raimundus Ademari in pignora in potestatem Remundi comitis barchinonensis cum duobus castris de Fenestris et omnes illorum castellaniis et pertinenciis tali modo quod si Guillelmus comes bisuldunensis non attenderit ipsas convenientias quas convenit ad prescriptum comitem Remundum et ipsos sacramentos quod ei fecit non tenuerit et infra sex menses sicut scriptum est in ipsa convenientia ea omnia quod ei forsfecerit et transgressus fuerit non emendaverit supradictus Remundus comes libenti animo illi non perdonaverit ipsas emendas de illas forsfacturas: ego Remundus Ademari suprascriptus post primos sex menses transactos que in ipsa convenientia resonant infra XL dies quod Remundus predictus comes me comonuerit per se aut per suos missos vel missum ut ad illum tendam cum predictos castros: ego predictus Remundus Ademari ad prescriptum comitem Remundum entendere cum predictos castros et eorum castellanias et podestadiu illum en fare et tales sacramentos ad illum en jurare quales alios suos homines jurant ei de alios suos castellos et de suos honores ita ut Remundus jamdictus comes juret ad me Remundum suprascriptum ut jamdictos castros non tollat mihi nec tollere faciat et istum sacramentum faciat cum mihi

per unum meum simile. Et si suprascriptas convenientias fuerint comonitas et supradictas forsfacturas fuerint emendatas aut perdonatas ego predictus Remundus Ademar de predictas pignoras non exire dum vivus fuerit predictus Remundus et ego vixero : et si predictas pignoras incurrerint sicut suprascriptum est cum predictos castro et eorum castellania et pertinentias ad prescriptum Remundum comitem en tendre et podestadiu len fare. Hec omnia suprascripta ego Remundus Ademar si la tendre et la atendre ad jamdictum Remundum comitem sine suo enganno et sine sua deceptione *(Alphabeto divisa)*.

CXXXVII.

Wilielmus Dei gratia sancte civitatis Jherusalem patriarca et P. . . . dominici Sepulcri prior ejusdemque conventus canonicorum Raimundo venerabili barchinonensium comiti amico et confratri in Christo salutem et patriarchalem benedictionem. Quoniam vestre ammirabilis et eximie probitatis virtus in tantum divina gracia cooperante efflloruit ut vestri luminis fama quasi lucerna lucens in medio christianorum et sarracenorum prefulgeat gratiarum acciones innumeras omnipotenti Deo redemptori nostro a quo cuncta bona procedunt humiliter persolvimus et ut sublimius exaltetur coram sacratissimis ejusdem passionis et resurrectionis locis exoramus. Innotescimus autem dignitati

Varia I, liber feudorum, Alfon. I. n. 1, fol. 7.

vestre quatenus litteras vestras in quibus concordia super regno Ildefonsi pie memorie viri continebatur gratanter suscepimus : unde communicato jherosolimitani regni consilio vestris postulationibus digne assensum accomodantes partem que pertinet dominico Sepulcro secundum conditionem a vobis institutam vobis et universe progeniei vestre concessimus et per privilegium sigillo nostro insignitum confirmavimus. Ad recipiendam igitur justiciam nostram unum de confratribus et concanonicis nostris nomine G. . . sacerdotali gloria scientia etiam et moribus Dei gratia decoratum dirigimus. Precamur autem ex parte Domini nostri Jhesu-Christi et sui gloriosissimi Sepulcri et nostra ut eum quem per omne regnum vestrum priorem super cunctis nobis pertinentibus statuimus cum ceteris confratribus nostris honeste suscipiatis et absque impedimento sive molestia supradictam justiciam eis assignetis locum etiam et ecclesiam in quibus inter vos convenienter conversare secundum Deum valeant in remissione peccatorum et parentum vestrorum salute dandum sumopere studeatis. Nos autem fraternitatem vestram et participationem omnium bonorum que agimus in missis psalmis orationibus et ceteris bonis operibus ante Deum concedimus. Per eundem etiam fratrem privilegium supradictum vobis mittimus quem cum ceteris fratribus attentius vobis comendamus et ut eos adjuvetis et ubique defendatis fraterne deprecamur. Mandamus preterea et mandando rogamus quatenus privilegium sigillo vestro insignitum quemadmodum vobis fecimus nobis de cunctis nostris faciatis atque eis deliberetis. Valete in Domino.

CXXXVIII.

Hec est memoria de dono quod facit comes ad Petrum de Stopana per castrum Montsso quod recuperat. In primis donat ei Casteio Zeboler cum suis omnibus pertinenciis et donat ei leudam quam accipiat ad ipsam alchantaram videlicet de uno trossello medium morabetinum et de balas quartam partem morabetini: de equo aut equa aut mulo quatuor denarios: de bove vacha vel asino duos denarios: de quatuor ovibus denarium unum: de carga de chuiram aut de cera aut de oleo denarios XII. Et ista leuda nullo modo accipiatur nisi de illis rebus que causa vendicionis inde transierint et ulla alia leuda vetus aut nova ibi aliter non addatur neque accipiatur. Insuper donat ei Elis et duo castra Tamarit et Zaidin quando Deus ea dederit ei. Supradicta omnia donat ei a fueiro de Aragone et de rege Petro ac rege Sancio. De rebus vero milicie Templi vel de eorum propriis hominibus nulla leuda exquiratur nec accipiatur. Si autem quod absit constituta milicia Montssoni deficeret aut destrueretur jamdictus Petrus recuperet Montsso sine aliqua contradicione. Supradicta omnia donat ei comes per honorem ad fueiros de rege Petro et rege Sancio: et si Petrus recuperaret modo jamdictum castrum de Montsso recuperet comes prephatum honorem de Petro jamdicto.

Varia I, liber feudorum. Alfon. I, n. 1, fol. 15.

CXXXIX.

Núm. 2. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Raimundus Berengarius comes Barchilone princeps aragonensium marchio Tortose dono villam Tortose illis qui modo habitant et omnibus qui postea habitabunt Tortosam do illis francament et libera villam Tortose cum intratis et exidis et cum aquis et cum pascuis et cum lineariis et montanis et cum piscariis: et super hoc totum dono illis hanc libertatem quod non donent in Tortosa usaticum aliquid neque leudam neque portaticum neque passaticum: et adhuc dono illis quod non sint forzati nisi de justicia tantummodo et illa tallis sit qualem ego constituam cum consilio proborum hominum ville. Istam donationem sicut in carta ista scriptum est dono bono animo et bona voluntate et sine fraude per me et successores meos vobis presentibus et vestris successoribus ut ita habeatis sicut scriptum est vos et successores vestri et libere possideatis semper ita quod vos fideles sitis mihi et posteritati mee et illis qui per me sint ibi et erunt et eorum posteritati bona fide et sine omni enganno ad honorem Dei et gloriose matris ejus.—Et ego Guillelmus Raimundus Dapifer sicut dominus meus comes facit vobis hanc donacionem et in hac carta scriptum est laudo et concedo et dono bono animo sine omni enganno vobis et vestris successoribus.

CXL.

Hec est memoria de placito quod faciunt et concedunt Num. 5.
inter se Raimundus comes barchinonensis et Ermengaudus comes urgellensis. Donat itaque prephatus comes barchinonensis predicto comiti urgellensi excepta quinta parte quam donat milicie Templi jherosolimitani civitatem Ilerdam per fevum cum tercia parte dominicature de omnibus rebus retentis sibi duabus partibus cum terminis ejusdem civitatis scilicet de terminis de Rabud usque ad terminos de Corbinis. Et in omnibus locis ubicumque habere debet dat ei terminos suos exceptis terminis castellorum. Et comes urgellensis de ista sua tercia parte possit dare quantum voluerit. Similiter et cui voluerit comes barchinonensis de duabus partibus suis possit dare quantum voluerit et cui voluerit. Et comes barchinonensis mitat castlanum in predicta civitate et collocet eum de duabus partibus suis et ipse castlanus habeat senioraticum in tota civitate et in omnibus supradictis terminis ejus excepto in illa quinta parte supranominate milicie. Et totum ipsum senioraticum quod ibi habuerit castellanus et quicquid ei dederit comes per castlaniam habeat hoc totum solide et libere per comitem urgellensem. Si de predicto castlano venerit in adopertura comes urgellensis mitat ibi castlanum ad suam voluntatem. Et comes urgellensis donet protestatem de predicta civitate

Illerde comiti barchinonensi iratus vel pachatus quociens-cumque eum quesierit per se vel per nuncios suos. Adhuc autem prelibatus comes barchinonensis donat prenominato comiti urgellensi ipsum castrum de Cardona cum omnibus terminis suis ad suum proprium alodium ad faciendum voluntatem suam. Similiter donat ei ipsum castrum de Albella cum omnibus terminis suis ad proprium alodium ita videlicet ut Petrus de Stopanano habeat illud per comitem urgellensem sicut habebat per comitem barchinonensem. Et comes barchinonensis pro illa quinta parte quam donat supradicte milicie Templi facit emendam comiti urgellensi ipsum castrum de Ascho tali modo ut comes barchinonensis comendet comiti urgellensi ipsum castlanum et in illas ostes vel cavalcadas ubi fuerit comes Urgellis cum comite barchinonensi sit ipse ibi castlanus cum comite Urgelli cum militibus suis: et in illas ostes vel calvacatas ubi non fuerit comes Urgelli cum comite barchinonensi vadat ipse castlanus cum comite barchinonensi cum militibus ipsius castri: et comes barchinonensis quamdocumque requisierit potestatem ipsius castri de Ascho per se aut per nuncios suos jamdictus comes Urgelli donet ei ipsam potestatem sine engan iratus aut pachatus: et i comes Urgelli ibi non esset ipse castlanus donet ei ipsam potestatem iratus aut pachatus quandocumque comes barchinonensis requisierit eam per se vel per suos. Et donat ibi comes barchinonensis duos homines comiti urgellensi in dominio. Et convenit predictus comes barchinonensis pretaxato comiti urgellensi quod emendet ei Bergeda de Tortosa usque Ilerdam cum consilio procerum suorum et procerum ipsius comitis Ermengaudi qui hoc per bonum laudaverunt. Et

comes urgellensis habeat ipsam emendam per comitem barchinonensem per fevum et de castellis de ipsa emenda donet potestatem comiti barchinonensi quocienscumque quesierit eam iratus aut pachatus per se vel per nuncios suos. Et convenit predictus comes barchinonensis ipsi comiti urgellensi quod donet ei singulis annis mille morabetinos D ad festum sancti Michaelis et D ad pascha usquequo capiatur Ilerda. Si forte quod absit cum Ilerda pacem fecerit donet ei terciam partem de ipsa paria quam inde habuerit et cadant mille morabatini. Quod si tercia pars non suffecerit ad mille morabetinos compleat ei de suo quod defuerit comes barchinonensis. Et donet ei in Barchinone unum burgensem videlicet campmañsum Petri Constancii cum ipso qui tenet illud et unum judeum nomine Santo. Propter hec dona superius scripta et propter istos fevos prenominatos predictus comes urgellensis convenit prephato comiti barchinonensi quod sit inde suus solidus sicut homo debet esse de suo meliori seniore et quod inde faciat ei ostes et cavalcatas et cortes et placita et sequimenta quando ipse jusserit de suo corpore cum homnibus quos tenebit de honore ejus et cum hominibus suis de Urgello sicut homo debet facere suo meliori seniori: et quod faciat per eum pacem et guerram sarracenis et christianis de se et de suis hominibus et de sua terra et quod faciat ei fidelitates per sacramenta de suo corpore et de suo honore et de tenendo isto placito (*Alphabeto divisa*).

CXLI. (1)

Num. 6. Ad honorem Dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti ego Raimundus Berengarii gratia Dei barchinonensium comes ac princeps regni aragonensis tale pactum et conventionem vobiscum januenses facio: quod in primo discessu vestro ab expeditione imperatoris antequam Januam reddatis ero cum exercitu meo pro posse bona fide sine fraude primo in Tortosa deinde ad insulas Baleares scilicet Maioricam Minoricam Eviçam Fromenteram et ad alia maritima et deinde sicut ego concordavero de hoc cum imperatore et sicut concordavero cum consulibus comunis Janue qui in illo exercitu fuerint et in exercitu morabor cum januensibus qui in exercitu fuerint et moram ibi fecerint nisi justo Dei impedimento remanserit aut consilio eorum et nostro. Et servabo vos et res vestras bona fide secundum meum posse et habeatis libere et sine omni gravamine tertiam partem civitatis atque locorum cum eorum pertinentiis quas vel que nos simul ceperimus aut mi-

(1) A este documento, escrito en papel, no solo le falta la fecha, sino que no lleva tampoco ninguna firma, signo, ni otra prueba de autenticidad, y está plagado de enmiendas y añadiduras; de modo que al parecer no es mas que una minuta ó borrador del tratado que en él se esplica.

chi vel vobis sese reddiderint duabus partibus michi retentis: et non ero in consilio neque in facto ego vel heredes mei ut comune Janue suam tertiam partem amittat. Insuper faciam jurare eos homines quibus partem meam comitam et similiter heredes mei faciant ut non sint in consilio neque in facto ut tertiam partem amittant aliquo in tempore. Et si quis voluerit eam vobis auferre quod adjuvent eam vobis defendere et retinere sine fraude et malo ingenio. Eandem vero partem quam civitas vestra habet in temporalibus ecclesia vestra habeat in spiritualibus: et in omnibus illis civitatibus quas ego acquisiero in quibus tertiam partem non debetis habere habeatis unam ecclesiam cum tanto honore et domibus unde quinque clerici possint honorifice vivere et habeatis unum fornum et unum balneum et unam alfundecham de melioribus et gardinum bonum et in omni terra mea quam habeo vel deinceps acquisiero salvi et securi eritis vos et homines vestri districti cum rebus vestris. Nullum enim portaticum neque pedaticum neque usaticum dabitis in tota terra mea vel mari a Rodano usque in occidentem: et illud portaticum et pedaticum sive ribaticum non dabitis in terra mea vel mari ab illo die in antea quo vos eritis mecum pariter in obsidione alicujus civitatis aut illam pariter capiamus vel reddatur michi et vobis aut singillatim vobis aut singillatim michi aut si iste galee qui modo sunt in Ispania Tortuosam prendiderint: et quamdiu in exercitu insimul erimus non faciam pactum neque convenientiam aliquam de reddenda mihi aliqua civitate vel loco in pre. . . . . de recipienda pecunia neque de aliqua diminutione januensis exercitus sine consilio januensium consulum qui in exercitu fuerint.

Hoc pactum jurabit heres meus cui terra mea post me remanebit quando consules comunis Janue voluerint. Preterea januenses illi qui tenebunt partem illam recognoscent dominium comitis et suorum heredum sic tamen ut partem illam libere et sine gravamine aliquo possideant. Ita ut januenses illi jurent meis heredibus duas partes et mei heredes illis tertiam partem salvare et fideliter defendere bona fide. Et ille navalis exercitus januensium postquam in expeditionem movebuntur sit securus et salvus cum omnibus sibi pertinentibus in eundo et redeundo per totum meum honorem maris et terre ubi potentiam habeam et vendant et emant secure quocumque voluerint et quod ego aut ulla mea pèrsona non offendam illos in aliquo sed illos et sua bona fide salvabo et secundum posse meum defendam. In tota vero convenientia suprascripta possit addi vel minui secundum quod michi et consulibus communis janue placuerit vel heredi meo per nos metipsos vel per heredes nostros. Hec omnia observabo bona fide sine omni fraude nisi justo Dei impedimento remanserit aut per parabolam consulatus comunis Janue qui in exercitu fuerint: et si michi forte quod absit aliquod impedimentum evenerit ut ego evenire non possim predictum pactum et conventionem principes et comites et milites mei cum aliis meis hominibus compleant.

CXLII.

In nomine Domini. Raimon Belengarius comes Barce- Num. 7
llonia et rex Aragon et ego Reverterius vexcomte barchilonensis fidele tuo et amico tuo et vassallo tuo salutem et dilectam amiciciam conmo a domino meo et seniore meo et amico meo. Sciatis quia sum vestro amico et fidelem vestro ubi sum: et sciatis quia ego mitto vobis Roberto vestro homo et meo fidele et illo dicet vobis de parabola quod ego non posso scribere. De parte meo honore hoc est Granera precor te ut revertet in manus de Roberto si commo la prese de sua man Belenger: et rogo vos carisimo domino meo de Granera et de toto meo onore ut faciatis poderoso Roberto ut mandet omnia a tuo servicio et meo: quod se Roberto manda meo honore ego mando et se Roberto non mandat hoc quod scripsimus ego non mando. Et sciatis carissimo domino meo et seniore meo quia quando vidi vestro clamor de parte meos nepotos et meos homines de vestra contraria certe sciatis quia ego sum inde multo dolente quia tibi facer contraria non est de me. Et de parte Dapiera ego habeo preso conscilio commo seia redemuda ad tuo servicio: et rogo te ut defendas illa sicommo est opus. Et sapiatis quia Roberto ad imparare Zaguardia et se ego non poseo a tuo servicio tenere illas quas sed mihi testes ut deribet illa: et clamor vos domino meo de

parte meo forno qui est in Barcellona quia imparavet illo filios de Petro Bernar Marcux a torto quia la frachera quod illi dizere que debet ibi habere et pan cozere certemente quia fecere ibi casa in dies patris me et non atorgavit illo unquam neque lo forno neque las casas: et rogo vos ut me adobetis illo quia ego comonivi ad Wilielmus Raimon Moneder per cui illos lo demandavi davanter vestro patre: et ego voleo quod Roberto impare toto meo honore Castelnovo et tuto lo altero ut mittas in illos meos homines que quando Roberto tornera a me que ego scia ut meos homines teneant meo honore a tuo servicio. Et rogo vos domino meo de Cabreira quod vos mihi mandasti ut liberetis illa ad Roberto a servicio de Dei et tuo: et rogo vos ut me liberetis illa de Mir Wilielmus et Robert lo pagaro a vostro mandamento.—Valete.

CXLIII.

Núm. 9. Ego Fernandus Dei gratia rex legionensium et Gallecie dominator juro et firmo cum episcopis comitibus potestatibus et ceteris majoribus regni mei atque fideliter promitto vobis caro avunculo meo domino R comiti Barchinone quod vos diligenter omnes et contra omnes juvem et ad tuendum vobis ac defendendum honorem vestrum semper pro posse invigilem. Idque sic pro vobis faciam sicut pro me ipso et vos loco boni patris habeam et pro

vobis tanquam pro bono patre faciam. Et hoc totum similiter filio vestro consanguineo meo promito quem semper loco boni fratris volo habere si ipse me loco fratris recipiat sicut vos me loco filii recipitis. Quod ideo facio ut vos simile modo me contra omnes alios juvetis diligatis et pro honore meo sicut pro vestro faciatis et in omnibus pro me sicut pro bono filio faciatis: et sicut dictum totum hoc firmo in manibus amicorum vestrorum fidelium episcopi videlicet mindoniensis et Poncii de Minerba atque a baronibus meis quos modo presentes non habeo hoc similiter firmari faciam.—Ego comes Petrus hoc bonum pactum et convenienciam juro et confirmo.—Ego Menendus Bregancia confirmo.—Ego comes Gonzalus hoc juro et confirmo.—Ego Menendus Bregancia signifer regis hoc idem juro et confirmo.—Ego comes Ramirus hoc juro et confirmo.—Ego Poncius de Minerba juro et confirmo.—Ego Alvarus Roderici juro et confirmo.—Ego Apriles juro et confirmo.—Ego Petrus Balzanus juro et confirmo.

CXLIV.

Sub nomine sancte Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti. Nos januenses promitimus facere exercitum pro comuni in primo reditu nostro post expedicionem imperatoris antequam Januam redeamus ut eamus primitus ad obsidendam et expugnandam Tortuosam deinde ad Baleares in- Núm. 10.

sulas videlicet Maioricam Minoricam Evizam Fromenteram et de Ibero usque ad Almariam non obsidebimus aliquam urbem vel castrum cum aliqua gente sine licencia vel parabola comitis barchinonensis. Si autem evenerit quod per nos metipsos accipiamus urbem vel castrum et ea retineremus infra terminos prenominatos dabimus duas partes comiti tertiam vero nobis retinebimus. Et habebimus in exercitu machinas et cetera que in nostro arbitrio scilicet consulatus comunis Janue qui tunc fuerit in his que tunc fuerint necessaria et in eodem exercitu apud Tortuosam deinde apud insulas supradictas cum comite barchinonensi vel cum suis morabimur quamdiu in exercitu fuerint nisi justo Dei impedimento remanserit aut consilio comitis supradicti et nostro et salvabimus pro posse nostro comitem et suos et omnes res suas bona fide. Tali conventione habita inter nos et comitem quod civitatum atque locorum cum eorum pertinenciis quas vel que cum comite ceperimus vel ipsi vel nobis sese reddiderint duas partes comes omni tempore habeat tercia nobis retenta quam libere et sine omni gravamine omni tempore retinebimus: et non erimus in consilio neque in facto ut comes suas duas partes amitat et faciemus jurare eos homines quibus partem nostram comitemus ut non sint in consilio vel in facto quod comes suas duas partes amitat. Et si quis voluerit eas sibi auferre quod adjuvent eas sibi retinere et defendere bona fide sine aliqua fraude. Et ecclesia nostra eandem partem habeat in spiritualibus quam civitas nostra habet in temporalibus: et dum in exercitu erimus non faciemus pactum neque convenienciam aliquam de reddenda nobis aliqua civitate vel loco vel de recipienda pecunia

neque de ulla diminucione exercitus comitis sine parabola comitis si ibi fuerit aut suorum qui ibi aderint si comes defuerit et nullum portaticum neque pedaticum neque ribaticum dabunt homines vestri in tota terra nostra vel mari ex his que pertinent ad comune Janue. Et in omni terra nostra et mari quam habemus vel in antea acquisierimus salvi et securi erunt homines vestri districti cum rebus eorum salvis nostris vetitis. In tota predicta conveniencia possit addi vel minui secundum quod consules qui in exercitu fuerint cum comite seu cum ejus missis concordati fuerint. Hec omnia observabimus bona fide sine fraude nisi justo Dei impedimento aut parabola comitis aut suorum certorum missorum.

CXLV.

Hoc est judicium datum inter dompnum R. comitem Núm. 11.
barchinonensem principem aragonensem et Bernardum de Anglerola de controversiis que inter eos agitabantur apud Barchinonam a venerabili Bernardo terrachonensi archiepiscopo atque Guillelmo barchinonensi ac Petro ausonensi necnon et P. cesaraugustano episcopis et Ugone de Cervilione ac Borrello gerundensi judice et Guillielmo Dapifero atque Guillielmo de Castrovetulo et fratre suo Arberto et Arnallo de Lercio et Raimundo de Villa Murorum atque Guillelmo de Cervera et Gerallo de Jorba.

Primum conquestus est comes jamdictus quod Bernardus de Anglerola invaserat et per invasionem tenebat multos honores in illis partibus inter Ilerdam et Anglerolam quod ipse comes divina gratia auxiliante a sarracenis adquisierat quos comes jamdictus nunquam ei dederat. Ad quod respondit Bernardus quod predictos honores habebat per aquisicionem et donum quod parentes sui fecerant per scripturas ab atavo predicti comitis scilicet Raimundo Berengarii vetulo. Ad quod respondit comes quod atavus ejus nec donacionem illam fecerat aut si fecisset illa donacio non valebat nisi ipse eam aprobaret tum quia nunquam parentes Bernardi illam donacionem possederant aut in donatoris potestate nunquam illa donacio fuerat. Multis hinc inde dictis et auditis rationibus judices supradicti noluerunt de causa procedere donec scriptura donacionis deduceretur in medium quam ilico adjudicaverunt ostendi. Quam scripturam Bernardus dixit se ibi non habere sed ostenderet eam si comes ei diem statueret. Quam diem comes noluit ei statuere quia dixit quod eo tempore quo statuit ei diem agitandi causam apud Barchinonam precepit ei ut munitus omnibus auctoritatibus et rationibus suis ad placitum veniret. Quod Bernardus se intellexisse negavit. Et ideo judicaverunt judices supradicti quod si comes testibus posset ostendere quod hanc precepcionem ei fecisset vel scripturam ostenderet aut quiquid dampni in dilacione ostendende scripture comes sustinebat jamdictus Bernardus ei restitueret : si vero comes in probacione defecerit judicaverunt quod propria manu juret Bernardus se non intellexisse comitem sibi precepisse ut prephatam scripturam aferret. Iterum conquestus est comes super Bernar-

dum jamdictum quod ipse terminos amplissimos acceperat ad illam turrem que dicitur Alcholeia quos nec ipse dederat ei vel patri suo. Ad hoc respondit Bernardus quod illam turrem cum jamdictis terminis pater suus per suum fevum adquisierat. Predicti vero judices interrogaverunt Bernardum si quod dicebat per scripturam ostendere posset: quod se facere posse negavit. Ideoque judicatum est quod vel testibus patrem suum illam adquisicionem fecisse probaret aut secundum curie consuetudinem monstraret Bernardus hoc adquisisse patrem suum per fevum. Iterum conquestus est comes de Bernardo jamdicto quod acceperat longiores terminos ad castrum Corbins quam continebatur in carta cum qua pater Bernardi predictum castrum adquisivit. Ad hec Bernardus respondit quod comes dederat jamdictum castrum cum predicto Bernardo milicie Templi et habebant magistrum milicie dominum suum in hac causa defensorem atque tutorem. Ideoque judicaverunt ut Bernardus haberet magistrum milicie Templi qui eum in hoc negocio rationabiliter defenderet aut pro se ipso responderet. Itemque conquestus est comes quod Bernardus et sui proprias oves comitis rapuerat et ovile invaserat et quicquid invenit ibi asporteverat et depredaciones multas hominibus comitis fecerat et homines sui in publica via transeuntibus et venalia portantibus multa rapuerant et etiam ipse Bernardus erat multorum debitor tam pro se quam pro fratre suo defuncto Berengario hominibus comitis quibus creditam pecuniam persolvere nolebat. Ad hoc Bernardus respondit quod malefacta illa que hominibus Ilerde intulerat ideo fecit quia sui malefactores cum comite Urgelli extiterunt debita autem que ipse vel frater

suus hominibus comitis debebant illa que ab hominibus comitis vera esse monstrarentur libere redderet: si quas vero depredaciones in campo vel in via publica vel hominibus comitis preter inimicis suis ipse vel homines sui fecerant vel restitueret vel restitui faceret. Ad hoc supradicti judices tale judicium dedere quod quicqid mali tam hominibus Ilerde quam alliis hominibus comitis vel etiam iter agentibus preter illis quos in propriis malefactis invenere intulerant Bernardus vel sui omnia eis in integrum restituat: de debitis autem illa que recognoscit se vel fratrem suum debere reddat: illa vero que se vel fratrem suum debere disitetur creditores vel testibus convincant eos sibi debitores existere vel jurent eos sibi debere quod querunt aut Bernardus jurare faciat quod de debitis sibi et fratri suo super impositis nec plus debeat quam recognoscit nec scit amplius Berengarium fratrem suum debere. Conquestus est iterum quidam homo de Bernardo a quo mutuo susceperat CCC morabetinos in itinere Beati Jachobi et ei reddere nolebat. Ad quod respondit Bernardus quod comiti nullam injuriam in non reddendo prephatam pechuniam faciebat ideo quia ille homo de terra comitis non erat. Ideo judicaverunt judices quoniam omnium injuste oppressorum in terra sua cura ad comitem de jure spectat pecuniam in fide propria Bernardo creditam per instanciam comitis jamdicto homini conquerenti Bernardus jure reddere debet.—Conquestus est Bernardus de Anglerola super jamdicto comite domino suo qui ei promiserat se daturum advocatos qui eum in causa quam cum eo habebat patrocinarentur et ei dare nolebat: quod comes se promisisse negavit. Ad quod tale dedere judicium quod

Bernardus testibus ostenderet verum esse quod comiti obiciebat : et si facere posset quicquid dampni Bernardus sustinuit pro advocatorum penuria comes ei restituat. Iterum conquestus est Bernardus quod ex precepto comitis ivit cum eo in exercitum in Aragonem et multa ibi perdidit : et hoc comes non recognovit. Judicaverunt supradicti judices quod Bernardus probaret se perdidisse cum comite que dicebat aut secundum curie sue consuetudinem averaret et comes ei restitueret. Conquestus est iterum Bernardus quod homines comitis diversis locis sue terre comorantes auferebant suis hominibus de Anglerola pecuniam quam eis debebant : ad quod respondit se nescire quod ipse dicebat. Judicaverunt judices quod debitores qui erant comitis hominum de Anglerola cogeret comes vel ad restituendum vel ad jure respondendum.

CXLVI.

Hoc est judicium a barchinonensi curia legaliter et usualiter datum super querimoinis et responsis a domno barchinonensi comite et a Gaucerando de Salis factis. Auditis itaque ac discussis utriusque partis racionibus judicavit predicta curia quod si comes poterit probare per idoneos testes quod Gaucerandus ei fallisset de suis ostibus et cavalcatis atque serviciis que comes per se aut per suum nuncium ei mandasset et possit probare quod ostem de Num. 12.

Lorca comes mandaret suis baronibus in nomine de bataia sciente Gaucerando emendet ei totum Gaucerandus in duplo. Quod si probare nequierit expiet se Gaucerandus per sacramentum propria manu quod comes per se aut per nuncium suum ei hoc non mandaverit nec scierit eum suis baronibus hoc mandasse. Judicavit iterum quod totum malum et dampnum quod Arnallus de Salis cum hominibus Gaucerandi fecit Raimundo Ville Mulorum apud Castrum de Toraies sive in ipsa sacraria quia predictus Raimundus erat cum domino suo comuni emendet ei Gaucerandus in duplo et desonoret ad potestatem cum avere et cum sacramento a meliori homine ipsius cavalcate facto. Item judicavit ut malum quod Arnallus de Salis fecit homini Sancte Eulalie quem comes dicit esse suum postquam comes fecit inde clamorem Arnallo de Salis et Gaucerando oferendo eis directum de homine quia videtur hoc fecisse ad dedecus comitis emendet Gaucerandus desonorem domino suo comiti et malum predicto homini in duplo salvo jure suo. Item judicavit quod si comes posset probare quod Arnallus de Sales vel sui aliquid abstulisset de manso predicti hominis et comes posset probare predictum mansum esse suum reddat et restituat Gaucerandus eidem manso quicquid inde ablatum sit in duplo et invasionem comiti sicut continetur in lege et postea discutiatur cujus sit juris predictus homo comitis an Gaucerandi et utraque pars hoc per testes vel scripturam hostendat. Judicavit curia quod fortitudinem novam quam Gaucerandus fecit apud Polium sine licentia comitis stet inde ad voluntatem comitis destruendi aut remanendi sicut in lege usuaria continetur. Judicavit item quod castrum de Corneliano mortuo Bernardo Johane

sine legitima prole in manu comitis debuit devenire absque aliquo impedimento secundum legem usuariam que precipit omnia alodia exorcum in potestate principis devenire salvo jure heredum. Et judicavit quoniam comes perferivit directum Gaucerando de predicto castro Corneliano antea quam liberaret illud Guillielmo de Corneliano qui sui juris esse dicebat et Guillielmus de Corneliano donaret suum jus predicti castri Raimundo Ville Mulorum cum consilio comitis ac Gaucerandus noluit recipere a comite directum et facere totum malum quod postea Gaucerandus et sui fecerint hominibus comitis hac occasione emendet et sustineat suum et desonorem comiti cum sacramento: quia sicut malum quod factum est per fatigationem de directo nullatenus debet esse emendatum ita illud quod factum fuerit super oferimentum de directo nullatenus debet remanere ut non sit redirectum. Iterum judicavit quod omnes missiones et predas quas Gaucerandus et sui fecerint in servicio comitis per mandatum comitis vel suorum emendet ei comes sicut Gaucerandus poterit averare. Judicavit etiam quod malum quod Bernardus de Bestrecano fecit in honore Sancti Michaelis Coxianensis redirigat totum et abbas Sancti Michaelis distringat secundum posse suum Raimundum de Ribes ad faciendum directum predicto Bernardo de Bestrecan. Judicavit quod omnes toltas et forcias quas Arnallus de Sales et homines Gaucerandi fecerint in villa de Romaniano que non continetur in carta que est inter Gaucerandum et Sanctum Petrum Campi Rotundi quam Gaucerandus asserit se laudasse et confirmasse restituat Gaucerandus abbati vel preposito Campi Rotundi nec ulterius ibi ab ipso vel suis consimilia

fiant. Judicavit quod si prior Sancte Marie Bisulluni poterit probare Gaucerandum vel patrem suum aut avunculum dedisse vel stabilisse honorem de Dan postquam pater Gaucerandi et avunculus ejus diffinierunt predictum honorem cum carta prelibate Sancte Marie prefatus Gaucerandus destruat et desfaciat ipsum stabilimentum et predictus honor de Dan redigatur solide et libere in manu prioris et canonicorum Sancte Marie Bisulluni Quod si in probatione defecerit secundum instrumentum ipsius carte nullum dominium nullumque senioraticum habeat Gaucerandus vel sui in predicto honore vel in milite predictum honorem tenente et miles aut dimitat honorem priori aut stet ei inde ad jus. Judicavit curia quod si comes posset probare hominem vel homines Gaucerandi minuisse vel pejorasse migeras mercati Bisulluni quia dedecus est potestatis et detrimentum patrie qui victus vel victi fuerint inde in manum comitis cum eorum proprietate deveniant. Quod si in probacione comes defuerit quia Gaucerandus recognoscit predictas migeras homines suos desuper efluentibus fecisse rasas videtur iudicium clamoris comitis expient se prescripti homines Gaucerandi nullam fraudem vel engannum ibi fecisse eis scientibus per sacramentum et judicium aque calide sive per bataia.

CXLVII.

Conquestus est Guillelmus Raimundus Dapifer de domino suo comite pro eo quod sibi tertiam partem civitatis Dertose sicut in carta donationis quam ei exinde fecerat continebatur non tradebat. Comes vero tertiam partem ejus portionis que eum contingebat ei se tradiisse ex integro asseverabat. Illius autem portionis quam januenses in predicta civitate habebant seu fratres milicie Templi suo consilio ac voluntate adquisierant ei partem donare nec debuit nec etiam si tunc voluisset potuit. Guillelmus Raimundus ad hoc respondebat se in parte januensium nichil querere sed tantum tertiam partem Dertose sicut in sua carta continebatur Quicquid vero comes aliis in ea civitate dederat seu fecerat adhuc tantum in sua potestate habebat quod ei tertiam partem adimplere poterat. Comes se nichil januensibus dedisse sed ipsi per se ipsam suam partem et expugnasse et cepisse ac sic sua auctoritate possedisse monstrabat ac propterea se de eorum portione non teneri dicebat tum quia ejus consilio ac voluntate factum est tum quia ejus partis que ad eum minime pervenit nec ejus dolo vel fraude culpa seu negligencia factum est quod minus perveniret partem sibi donare nec debuit nec potuit. Hoc idem de parte quinta Templariorum asseverabit ea scilicet ratione quia sicut diximus eidem Guillelmo Raimun- Num. 13.

do consilio ac voluntate concessio ejusdem quinte partis predictis templariis facta est et in carta concessionis que ipsis templariis ipse firmavit: jannensibus vero non solum cartam convenientie que illis eodem Guillelmo Raimundo mediante facta est super hoc sua manu firmavit sed etiam jurejurando corporaliter prestito predictam convenienciam viva voce corroboravit. Tandem rationibus hinc inde diligenter auditis et intellectis necnon et ipsa carta multotiens perlecta judicavit barchinonensis curia quod ejus solummodo portionis que ad eum pervenerat ei tertiam partem donare debebat de omnibus scilicet eximentis sicut in sua carta continebatur: de ceteris vero partibus comitem nullo modo teneri quia ejus totam partem quod in suam potestatem pervenit donare ac tradere potuit non etiam ejus quod nunquam habuit vel possedit. Cumque de eximentis inter eos questio verteretur predictus vero Guillelmus Raimundus tertiam partem etiam omnium fructuum qui cultura et cura habitatorum Dertose proveniebant inter eximenta computabat: diffinivit predicta curia ea tantum eximenta recte appellari que ad jus proprium ac fiscum regis pertinent sive ea in leudis questis placitis seu aliis quibuscumque usaticis sive etiam terris vineis ortis consistant: fructus autem hereditatum eorum qui in civitate habitant sive hi clerici sint sive milites sive burgenses nullo modo inter eximenta computari precipue quia ipse in eis districtum senioraticum vel ademprimentum et mandamentum habet. De hereditatibus aliorum qui non habitant in civitate nec ejus consilio seu voluntate date sunt debet ei comes emendam facere. Preterea conquestus est predictus Guillelmus Raimundus quia dominus comes estacamentum

ei de militibus seu peditibus quos in Dertosa tenebat non concedebat et sic senioraticum quod ei donaverat aufferebat. Comes respondebat nullum senioraticum ei in sua familia nec dedisse nec recognoscere. Judicavit igitur predicta curia quod si familia comitis inter se litem aut aliquam contentionem haberet estacamentum de hoc Guillelmo Raimundo vel ejus vicarium non habere sed eum tantum qui vicem comitis inter eos tenet. Id erit si aliquis de civibus aliqua familia placitare voluerit: si vero aliquis de familia cum aliquo ex civibus causam super qualibet re habuerit in manu predicti Guillelmi Raimundi vel ejus vicarii firmabit directum et placitabunt. Preterea conquestus est quod comes ei occasione illius tertie partis januensium quosdam honores imparaverat. Judicavit curia dominum comitem illos honores ei desemparare et omnia in eo statu esse debere in quo erant quando predicta pars ad manus comitis pervenit deinceps omnia secundum eorum cartas recte expediri. Preterea conquestus est de quodam molendino quod dominus comes in terra eorum fieri mandaverat in qua partem suam amitebat. Comes se id jure facere propter consuetudinem sue regionis existimabat. Diffinivit curia Guillelmum Raimundum in eo molendino partem secundum quod eum contingebat habere debere si expensas facere vellet. Conquestus etiam est de quodam placito cum quo ei dominus comes suam partem abstulerat. Comes quendam ex illis qui causam inter se habuerant in parte januensium in qua nullum senioraticum habebat domicilium habere dicebat et imo de hoc ei partem dare nolebat. Diffinivit curia comitem de hoc placito ei partem suam integram dare debere pro eo quia Guillelmus Raimundus illud

placitum estacaverat placitaverat judicaverat et in presentia ipsius comitis tractaverat: in ceteris vero placitis juxta quod in eorum cartis habetur cunctum fideliter observari. Conquestus insuper est quia dominus comes de questis quas judeis ac sarracenis fecerat suam partem ei dare nolebat. Comes vero se nichil judeis seu sarracenis quesisse dicebat sed pecuniam ab eis manulevasse quam usque ad statutum inter eos terminum datis fidejussoribus eis se redditurum promisserat. Super hoc curia judicavit quod si comes usque ad illum terminum hanc peccuniam judeis ac sarracenis reddidisset quia de suis manuleutis partem cum alicui facere nec dicebat nec justum erat nichil exinde predicto Guillelmo Raimundo dare debere : sin autem quia vidimus hoc quistam esse quocumque nomine ipsa eam appellet debet exinde partem suam ei donare. Insuper conquestus est de zaalmedina quem ipse consilio hominum comitis elegerat et eo enecto alium sine ejus consilio eligi preceperat. Comes cartam quam eis consilio ac voluntate januensium et ipsius Guillelmi Raimundi fecerat proclamabat unde curia cartam exibere jubet ac omnia secundum ejus tenorem ex integro agitari. Conquestus etiam est de almostalafia quam comes cuidam burgensi Dertose comendaverat et de eo quod ab eo acceperat partem suam minime dabat. Respondebat comes se illi homini non tantum almostalafiam Dertose comendasse sed etiam multo majoris terre ac amplioris unde propter hoc et quia sua dominicatura est partem ei de ea pecunia dare contendebat. Judicavit igitur curia quia almostalafia officium quoddam est quod in civitate utile satis habetur ut comes de ea parte que ad civitatem vel ejus territorium pertinebat partem ei pro-

culdubio daret ut sicut de ea peccunia que ab ipsis captivis recipitur partem suam accipit ita similiter et de ea quam ipse almostalaf pro almostalafia donat partem accipiat. Item conquestus est quod comes sibi partem dare nolebat de ea pecunia quam ab hominibus Dertose habuit qui pacem ac treguam fregerant sarracenis. Comes vero ita id totum ad jus suum proprium spectare dicebat ac sic totam illam causam suam proprium affirmabat quod nihil usquam exinde alicui hominum dedit nec juxta consuetudinem sue terre se cuique dare credit. Judicavit propterea curia quia malefacta principi tantum erat facta et ad fidem ipsius pertinebat quod partem de ea predicto Guillelmo Raimundo dare nullo modo debebant tum quia sarracenis hanc pecuniam reddere debebat tum quia nunquam in sua regione partem ex hoc alicui nec ipse nec pater suus dederat. Dicebat insuper predictus Guillelmus Raimundus quod dominus comes quando tradidit ei illam tertiam partem quam modo habet in Dertosa tunc promissit ei se daturum etiam tertiam et senioraticum illius partis quam januenses habebant si posset eam aliquo tempore a januensibus habere emptione vel permutatione seu quolibet alio modo: dicebat etiam quod de hoc receperat eum comes in suo causimento. Comes vero hoc se fecisse negabat. Judicavit ergo curia quod si Guillelmus Raimundus posset hoc legitimis testibus comprobare attendat ei comes et adimpleat predictam convenientiam sicut ejus testes potuerint comprobare vel causimentum inde accipiant si hoc testes probaverint. — Querimonie autem comitis quas de prefato Guillelmo Raimundo fecit sunt he. In primis conquestus est de Guillelmo Raimundo quod ei zudam Dertose non custodiebat sicut

in carta sue donationis resonabat pro qua guarda sive custodia predictum fedum seu beneficium ei habendum concesserat. Ad hoc Guillelmus Raimundus respondebat se nullo modo debere zudam custodire quia in sua carta nichil de custodia seu guarda dicebatur. Visa igitur carta ac perlecta judicavit barchinonensis curia quod ipsam zudam proculdubio guardare ac custodire debebat ea scilicet ratione quia sicut in carta legebatur ipsam tenere debebat : tenere autem zudam hoc est potestatem de ipsa habere ita ut per eam posset totam civitatem distringere et quotienscumque comes qui eam sibi comendaverat ipsam requisierit libere possit eam reddere. Conquerebatur immo comes de predicto Guillelmo Raimundo quia zudam non custodierat usque ad presentem diem quo judicium datum est unde magnum dampnum habuerat et expensas LX milium morabetinorum fecerat prefatus comes pro falimento scilicet guarde quam predictus Guillelmus Raimundus non fecerat. Ad hoc Guillelmus Raimundus respondebat se imo guardam ipsius zude non fecisse quia nec suam cartam sic intelligebat nec partem suam quam in ipsa civitate et ejus terminis habere debebat predictus comes ei assignare ac manifeste monstrare vel tradere volebat nec ad judicium seu laudamentum suum eum adducere vel super hoc ipsum audire numquam amplius nisi usque modo voluit. Comes vero respondebat quod si unquam aliquam delationem super hoc fecit semper eam cum assensu Guillelmi Raimundi fecit tamen semper intelligebat et credebat quod hujusmodi dilatio sibi quid incomodum prefato vero Guillelmo comodum afferebat. Guillelmus Raimundus ad hoc respondebat quia hujusmodi assensus magis

fuit coactus quam spontaneus et semper hunc dilationi magis ex necessitate quam ex voluntate assensum prebuit sicut solent homines suis dominis postquam viderint eorum voluntates de aliqua re etiam inviti consentire. Propter hoc judicavit predicta curia quod si Guillelmus Raimundus posset legitimis testibus ea que dicebat comprobare videlicet quod in domino suo comite supradictam fadigam fecisset imputet sibi comes supradictas expensas LX milium aureorum et omne illud incomodum quod sibi evenisse dicebat propterea quia Guillelmus Raimundus ipsam zudam non custodierat quum ille assensus non debet esse in aliquo Guillelmo Raimundo dampnosus quia vidimus quod magis fuit districtus quam voluntarius et cognoscimus quia comes in mora fuit et mora semper ad se periculum trahit : si vero non potuerit hoc probare stet de hoc ad mercedem ipsius comitis et emendet ei tantum quantum defuit de guarda quam facere debebat hoc est de duabus partibus ipsius zude minus quinta. De cetero autem ita faciat guardam ipsius zude predictus Guillelmus Raimundus sicut convenit inter ipsum et comitem et in carta donationis resonat scilicet ut teneat et guardet ipsam zudam : eo videlicet tenore ut pro hac tercia parte duarum partium minus quinta quam modo ibi habet et habere debet et comes ei concedit faciat guardam duarum partium similiter minus quinta quia pro hac guarda hoc beneficium seu feudum creditur accepisse. Similiter faciat guardam illius tercie partis que fuit januensium si aliquo tempore poterit terciam illius tercie a comite consequi quocumque modo vel ratione.—Conquestus est etiam dominus comes de predicto Guillelmo Raimundo dicens

quod homines sui interfecerant quendam sarracenum ipsum scilicet zahalmedina et hoc fecerunt per invidiam et malam voluntatem videlicet ut ipse comes amiteret sua jura. Guillelmus Raimundus respondit quod ipse non fecit hoc nec sui homines set potius Bernardus de Belloloco qui propter justiciam et judicium ·ipsius alcaid de Tortosa fecit eum capite truncari. Et Bernardus de Belloloco qui presens erat in ipso placito hoc confitebatur. Propterea judicavit curia quod si Guillelmus Raimundus vel idem Bernardus de Belloloco potuerint hoc testibus approbare videlicet quod propter judicium alcaid sit interfectus hujuscemodi mors nullatenus a comite requiratur : sin autem faciat inde Bernardus de Belloloco id quod comes preceperit quia ipse confessus est in plena curia se hujusmodi factum perpetrasse. Preterea dominus comes conquestus est de Guillelmo Raimundo pro eo quod ipse et sui graves injurias et minas bajulis suis et saionibus intulerant insuper eos verberaverant et propter hujusmodi minas et timorem amitebat comes suas justicias et directos in civitate. Guillelmus Raimundus respondebat se nunquam bajulis suis vel saionibus aliquid supradictorum fecisse nec ipse nec homo suus se sciente : et dicebat quia erat paratus in duplum vel in quadruplum emendare si de hiis in aliquo foret comprobatus. Judicavit igitur curia quod si potuerit comes supradicta testibus approbare videlicet ut propter minas seu timorem Guillelmus Raimundus dampnum aliquod quoquo modo habuisset emendet ei hoc totum Guillelmus Raimundus sicut fuerit approbatum : similiter omnes malefactas quas ipsi bajuli vel saiones potuerint approbare. Et si Guillelmus Raimun-

dus graves minas propter directos et justicias ipsius comitis alicui fecit emendet quidem ei desonorem cui injuriam intulit et etiam principi quia pro cérto desonorem facit principi qui aliquem de suis officialibus injuste et per superbiam tali modo minatur. Insuper dominus comes querimoniam fecit de Guillelmo Raimundo quoniam novos usaticos ac novas consuetudines misisset in civitate Dertosa videlicet jovas tragins et quia accipiebat gallinas a sarracenis quibusdam temporibus in anno et quia distringebat ipsos sarracenos suas naves ac molendinos ducere per flumen inferius et superius usque Ilerdam: et de aliis multis superfactis conquerebatur comes que omnia scripta ostendebat. Ad hoc Guillelmus Raimundus respondebat se nullos novos usaticos in civitate misisse sed eos tantum quos sui bajuli ibi posuerant et acceperant. Et in his omnibus pejus faciebat suus bajulus quam aliquis homo: dicebat tamen quod ex illis usaticis quosdam habuerunt ipsi sarraceni eo tempore quando zudam tenebant videlicet gallinas et ligna et quedam alia. Comes autem respondebat quia nulli usatici vel nova stabilimenta debuerunt unquam poni seu mitti in civitate ab aliquo sine consilio aut voluntate sive fuissent ibi tempore sarracenorum sive non.

CXLVIII.

Núm. 14. In Dei nomine. Ego Raimundus Dei gratia comes barchinonensis et princeps aragonensis excomuto tibi Sancie et filio tuo Bernardo de Bellog illas meas domos que sunt juxta triliam canonice quas hucusque tenuit per me Guillelmus Tabernarius unde anuatim tres mancussos persolvebat: et sicut predicte domus terminantur ab oriente in ipsa tenedone quam Arnallus de Begnols tenet per comitem a meridie in orto et tenedone quem Guillelmus Tabernarius tenet per comitem ab occidente in domibus Arnalli Ferrarii quas tenet per comitem a circio in ipsa platea civitatis sic excomuto vobis suprascriptis cum ingressibus et egressibus suis ac de meo jure in vestrum trado dominium et potestatem proprium et francum alodium ad omnem voluntatem vestram inde perficiendum. Accipio quoque a vobis pro hac jamdicta excomutatione totum ipsum vallum de castello novo Barchinone cum omnibus domibus que ibidem sunt: que domus terminantur ab oriente in domibus que fuerunt cujusdam judei Abotaib et in carrera et a circio similiter in via qua itur ad portam civitatis et ab occidente in muro et in curtale jamdicti castri et a meridie in domibus et in orto quas tenet Petrus clericus. Et ego Raimundus comes jamdictus ero vobis garent contra omnes homines et feminas de predicta excomutatione sine

engan. Si quis autem hoc disrumpere temptaverit.—Sig✠num Ramun...—Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Arberti fratris ejus. Sig✠num Petri Arnalli.

CXLIX.

Ego Raimundus Berengarii comes Barchinone scio et in veritate cognosco quod ego debeo tibi Guillelmo Leterico et tuis et illis qui mandato tuo quisierint VI milia et DCC morabetinos de Barbaroja legalis et boni ponderis quos in integrum et sine tuo tuorumque enganno tibi Guillelmo Leterico vel mandatario tuo persolvam ad tuam tuorumque noticiam et voluntatem. Quousque quo factum habeam dono inde vobis et vestris X hostaticos tenedors qui sub potestate vestra in Montepessulano hostaticum teneant de quo aliquo modo non exeant sine vestri vestrorumque licentia. Unusquisque hostaticorum teneatur tibi Guillelmo Leterico et tuis in solidum de toto predicto avero. Isti vero sunt hostatici et tenedors scilicet Arnaldus de Lers Raimundus de Vilademurs Willelmus de Castello-vetulo Berengarius de Caneto Bernardus de Corsavins Willelmus de Castro-novo Berengarius Bertrandi Raimundus de Molnels Raimundus de Bassellis Bernardus de Molnels. Ego vero predictus Arnaldus de Lers cognosco et scio me hostaticum et tenedor esse de toto prescripto avero tibi Guillelmo Leterico et tuis: et ideo Núm. 15.

bona fide et sine dolo cum hac carta convenio atque promitto tibi Guillelmo Leterico et tuis quod dominus meus Raimundus Berengarii comes Barchinone totum prescriptum averum tibi Guillelmo Leterico vel tuis persolvat ad tuam tuorumque noticiam sine tuo tuorumque enganno sicut prescriptum est : quod nisi fecerit ego Arnaldus de Lers persolvam tibi Guillelmo Leterico vel tuis in integrum totum scriptum averum ad tuam tuorumque noticiam sine tuo enganno et mitto me in tuum hostaticum in Montepessulano sub tua tuorumque potestate et de tua tuorumque potestate non exeam sine tua tuorumque licentia quousque totum scriptum averum tibi Guillelmo Leterico vel tuis sit persolutum in integrum: et totum hoc sicut prescriptum est tenebo et observabo ego Arnaldus Lerç si Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia ad tuam tuorumque noticiam et voluntatem. Et ego Raimundus de Villa de Murs promitto et convenio tibi Guillelmo Leterico et tuis per me ipsum et me mitto inde in tuam tuorumque potestatem quod sicut Arnaldus de Lers per se totum hoc convenit et promissit et scriptum est ita tenebo et observabo per me si Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia ad tuam tuorumque noticiam et voluntatem. Et ego Guillelmus de Castello-veteris sicut Arnaldus de Lers et Raimundus de Villa de Murs convenerunt per se ita convenio ego per me et mitto me inde in tuam tuorumque potestatem sic Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia ad tuam tuorumque noticiam in solidum. Et ego Berengarius de Caneto per me convenio et promitto totum hoc attendere sicut prescripti juraverunt per se et mitto me inde in tuam potestatem ad tuam

tuorumque noticiam in solidum si Deus me adjuvet et hec sancta Dei evangelia. Et ego Bernardus de Corsavins id idem similiter juro. Et ego Guillelmus de Castello-novo id idem similiter juro. Et ego Berengarius Bertrandi id idem similiter juro. Et ego Raimundus de Molnels id idem similiter juro. Et ego Raienbaldus de Basellis id idem similiter juro. Et ego Bernardus de Molnels id idem similiter juro. Manlevatores sunt quisque in solidum de predictis hostaticis et tenedors per sacramentum Ermengaudus de Leucata Willielmus de Pictavis Petrus Raimundi de Narbona Raimundus de Salis Petrus de Fenolleto Willelmus de Castello Rosillon et Guillelmus de Durban per fidem plevidam. Et Ermengardis vicecomitissa Narbone similiter in solidum manlevatrix et recepit inde Guillelmum Letericum et suos in Dei fidem et suam. Et similiter de toto sunt manlevatores per sacramentum Ermengavus de Melgorió et Guillelmus de Arciacio. Petrus Seguerii Biterris et Guillelmus de Montepessulano et Trencavellus sunt de toto hoc manlevatores per fides suas plevidas. Et sit manifestum quod Guillelmus Raimundi Senescalci manlevavit de prioribus X tenedors los V priores ita quod si aliquis eorum moreretur vel mentiretur quod ipse restauraret adeo bonum ad noticiam Guillelmi Leterici vel daret D morabetinos Guillelmo Leterico et suis: et de hoc accepit Guillelmum Letericum in Dei fidem et suam. Et istos D morabetinos juravit Petrus vetus de Arciacio et Arnaldus de Cerveria et alios D morabetinos eodem pacto juravit Guiraldus de Marimon Guillelmo Leterico et suis et ita quod de Montepessulano non exiret donec istos D morabetinos habuisset persolutos et vel inde fuisset manlevatus.

Et ex alia parte Guillelmus de Alesto convenit Guillelmo Leterico et suis M morabetinos eodem pacto: et ita sunt duo milia morabetinos inter Guillelmum Raimundi Senescale et Guiraldum de Marimon et Guillelmum de Alesto si aliquis predictorum priorum V militum moreretur vel mentiretur. Et comes est prolongatus de isto avero prescripto usque ad festum sancti Andree in tali pacto quod si aportaretur ei averum de rege Anglico vel de Hispania vel undecumque ei eveniret Guillelmus Leterici debet esse paccatus prior ante omnia alia debita et negocia que comes habeat vel habuerit illo tempore: et totum hoc convenit sicut scriptum est comes Guillelmo Leterico. Et si interim in terra hoc terminum vel post ea aliquis de predictis tenedors redierit ad Montepessulanum vel hinc inde debent remanere in potestate Guillelmi Leterici per sacramentum. Et de toto hoc comes recepit Guillelmum Letericum in Dei fidem et suam et in osculo fidei *(Cancelada)*.

CL.

Num. 17. Hoc est translatum fideliter translatatum III idus junii anno Domini M°CC°XC° tercio a quadam carta percamenea cujus tenor talis est. Incipit ab obitu Adefonsi regis post obitum Adefonsi magni regis aragonensis surrexerunt navarri et inierunt consilium Latro filius de sennior Enne-

co Veliz Guillelmus de Acenarz de Orteza et Semen Acenarz de Torres et episcopus pampilonensis Sancius de Larossa isti cum multis aliis et erexerunt regem in Pampilona civem Garsia Remiriz sine consilio aragonensium. Aragonenses vero hoc audientes quia sine eorum consilio navarri fecerunt sibi regem ne genus aragonensium regum deficeret erexeruut Ranimirum sibi in regem fratrem Adefonsi regis defuncti filium Sancii regem bone memorie. Super hoc surrexit guerra inter aragonenses et pampilonenses: tandem anno transacto ne guerram haberent aragonenses cum pampilonensibus et pámpilonenses cum aragonensibus quia urgebantur germanitate et consanguinitate probi et sapientes viri hinc et inde inierunt consilium ex parte Aragonis Lexal et Ferriz de Osca et Petro Atereza ex parte vero Navarre Latro suprascriptus et Guillelmus Acenarz et Semen Acenarz et coadunaverunt se in Vado Longo et tractaverunt quo modo haberent pacem aragonenses cum navarris et navarri cum aragonensibus et facerent amicos ambos reges et esset rex Raimundus pater et rex Garsias Remiriz filius tamen unusquisque cognosceret suum regnum: et ut rex Ranimirus esset super omnem populum et rex Garsias Remiriz super omnes milites et ipse ageret bella et faceret prelia. Ab utraque parte bonum visum est consilium et ab utraque parte fuit laudatum et firmatum inter omnes. Ad regem Ranimirum venierunt Latro et Guillelmus Acenarz et Semen Acenarz et Lexal et Ferriz et Petro Atareza et tot et tanta dixerunt ei quod placuit sibi et adquievit consilio eorum. Diem statuerunt et venit rex Ranimirus ad Pampilonam cum istis suprascriptis in die sabati et rex Garsias Remiris cum mi-

litibus suis exivit ei obviam et recepit eum cum magna honorificencia: et similiter episcopus cum suis canonicis et multis aliis clericis recepit eum honorifice cum magna processione. Tota die illa statuerunt et firmaverunt hoc quod superius scriptum est et diviserunt regnum aragonensem a regno pampilonensi sicut divisit eum Sancius rex major excepto illas tenenzas quas dedit regi Garsie in Aragone et regi Ranimiro in Navarra de Sancta Garsia usque Biezal cum toto Roncali: statuerunt ad Aragonem sicut semper fuit honor de Rosta et de Biozali sicut currit Sarasazo usque cadit in Iola et inde sicut currit aqua ad pontem Sancti Martini et de ponte Sancti Martini sicut vadit Iola et dividit Navarra et Aragona usque cadit in fluvio Aragonis. Inde vero per medium pontem usque Vadum Longum et de Vado Longo usque Galipenzo et de Galipenzo vero sicut currit fluvius Aragonis usque ingerit se cum Anga et cadit in Ebro flumine magno et inde sicut currit Iber usque Tutelam. Hec omnia fuerunt firmata et colaudata a rege Ranimiro aragonensi a rege Garsia Remiriz pampilonensi erant utraque parte. Hoc peracto rex Garsia Remiriz cum Lexal et Ferriz et Petro Atereza et Latrone jamdicto et Guillelmo Acenarz deprecatus est regem Ranimirum quia ex quo ita erat pater et filius ut daret ei aliquid de regno suo sicut pater dat ad filium suum et teneret illum pro eo: petunt illi Renoal et Alasos et Quadrerra et Balterra qui persuasus a deprecatoribus concessit ei et dedit illi Roncal usque Brozal et Alasos et Quadrerra et Balterra ut teneret eas per manum ejus et hoc in vita sua scilicet in vita regis Garsie Remiriz: et fecit ei homenage de hoc quod ita recognosceret ei et ut

post mortem suam non se posset alzare filius ejus cum isto honore. Et tunc in illa die firmaverunt amicicias inter se et paces: in eadem vero nocte venit quidam de consilio regis Garsie Remiriz ad Remirum regem aragonensem dicens ei secrete sciens in veritate quia rex Garsias Remiriz accepit consilium cum quibusdam de suis ut in crastinum faciat tibi persolvere nomenage quod fecit tibi de Roncal et Alasos et Quadrerra et Balterra quod datum est ei consilium quod modo potest habere regnum tuum quia monachus es et non convenit tibi regnum et si persolvere nolueris ei nomenage non dimitat te donec illud persolvas ei et regnum Aragonis ei creddas et hoc pro certo habeas: super hoc vide quid sis facturus. Renimirus vero rex audiens talia expavit putans se esse deceptus a suis: tamen convocans a se Caxal et Ferriz et Petro Attereza retulit eis omnia que sibi dicta fuerant qui vix credere potuerunt quo modo talia facere posset tamen timuerunt et habito consilio clam nocte et caute recesserunt et per totam noctem equitantes mane illuscescente de dominica ad ligerense pervenerunt monasterium cum paucis: et receperunt Garsias abbas Sancti Salvatoris et omnes monachi ligerenses honorifice cum magna devocione et magna processione sicut regem suum et dominum naturalem et dederunt ei ensem de Lop Johan qualis in toto regno inveniri non poterat et mansit ibi tribus diebus expectans illos quos dimisserat in Pampilona. Mane autem facto ut comperit rex Garsias Remiriz ita esse videns se esse illussum ab aragonensibus iratus est valde: et convocans ad se episcopum et obtimates suos quos ibi coadunaverat petiit ab eis consilium qui dederunt ei consilium ut faceret comitem in terra

sua et faceret milites et abtaret ut posset se defendere de inimicis adjungentes hoc quia totum quod factum fuerat ab aragonensibus totum fuerat factum per consilium de Caxal erat enim tunc temporis consilium de Caxal quasi consilium archicofelicis et si aliqua occasione vel quolibet modo posset fieri ut caperetur Caxal destrueretur penitus consilium aragonensium et etiam de thesauro de Caxal posset abtare ducentos et trecentos milites de omnibus armis et quod in presenti acciperet thesaurum Sancte Marie pampilonensis et abtaret milites. Placuit regi Garsie Remiriz valde consilium et eadem die fecit Latronem filium de senior Enneco Veliz comite in Pampilona et impetravit thesaurum Sancte Marie ab episcopo et canonicis et missit insidias quomodo posset capere Caxal. Factum est autem quod Ranimirus rex Aragonis miteret Caxal ad imperatorem: Caxal vero putans se habere amiciciam cum quibusdam obtimatibus Navarre missit si posset habere transitum per Navarre duo obtimates navarros venerunt et ibant cum Caxal per Navarram et inter Zirauchi et Ochoren fuit captus Caxal. Erat enim Caxal valde amicus Garsie abbatis legerensis qui postea mandato Ranimiri regis aragonensis dedit thesaurum Sancti Salvatoris pro redemptione per Caxal. Caxal etiam per mandatum domini regis aragonensis dedit Sancto Salvatori totum quod habebat in Tutela in Sancto Adriano de Vado Longo totum quod habebat excepto hoc quod dederit de Cluniacenses.

CLI.

Raimundo Dei gratia comiti Barchinone principi Aragonum Tortose et Provincie marchioni illustri amico et affini precipuo P. Dei nutu arvorensis rex et judex victorie dilectionis et bonorum plenitudinem. Vobis et vestre celsitudini amicicia et affinitate unanimiter et indissolubiliter adnexus vester sum prorsus et omnia pro voto vestro vobis evenire cupimus. Eapropter sicut nos per Juffredum de Massilia et nostros fideles et Solimanum et litteras vestras rogastis de Majorica cum domino V. pisanorum archiepiscopo quando nobiscum pro legatione in proximo vere fuit pro vobis locuti sumus et cum noster sit amicissimus pro posse inde ei preces fecimus: ipse vero satis benivole respondit et promissit quod in adjutorio et obsequio vestro et nostro in hac causa esset in quantum posset et etiam personam suam venturam dixit si civitas ejus aderit. Insuper per fideles et amicos nostros quos vidistis et alios et per literas nostras consules pisanorum et senatores quorum consilio ipsa civitas regitur pro posse rogavimus uti in hoc facto unanimiter sint vobiscum. Preterea fidum damus consilium uti per legatos et litteras apud ipsos pisanos studeatis quatinus sicut vos et eos decet sint in hoc facto vobiscum: et sapienter hoc ostendant eis quod vos potius cum ipsis quam cum aliis qui eis sint proximi vel longinqui hoc Núm. 19.

facere velitis: veruntamen si ipsi omnino defuerint vos quoquo modo poteritis id efficietis. Item dominus papa in hoc facto plurimum prodesse potest si pisanum archiepiscopum et civitatem ipsam pro suo posse ad id posuerit et maxime si treugam vel pacem inter Pisam et Lucam fecerit: et imo cum causa ista Dei sit et vos ipse diligat per nimium pro Deo et vobis studium dabit in istud si per legatos et litteras vestras omnino exoraveritis. His et aliis modis per domini Dei et vestram virtutem hec et alia ad honorem et commodum Dei et vestrum pro velle vestro perficietis sic quod laus vestra perpetuo vigebit. Quid autem super hoc facturus sitis et quid inde composueritis citius quam potestis litteris vestris nobis insinuetis et de prosperitate et gratia et voluntate vestra nos letificetis. De sorore vestra socru nostra et filiis ejus tamquam de vestris et nostris propriis vos deprecamur et eos vobis commendamus.

CLII.

Núm. 20. Raimundus Dei gratia comes barchinonensis et princeps aragonensis venerabili domino et dilectissimo karissimo amico suo G. Dei ordinatione barchinonensium episcopo cum dilectione salutem. Noscat serena vestra discrectio me abbatem de Valle Laurea graviter clamantem vidisse eo quod illi de Monteacuto in meum proprium et dominium hono-

rem magnam contumeliam et multa mala ei et fratribus suis injuste fecerunt: quod quantum mihi sit grave per literas non possum vobis indicare. Unde vestram cum magno affectu cordis exposco prudentiam quatinus his literis visis amota omni occasione illud dedecus et contumeliam tanquam meam propriam inquiratis et fortiter demandetis et totum predicto abbati et fratribus suis et ipso monasterio plenarie et integriter reddirigere et emendare faciatis et deinceps totum ipsum honorem sicut unquam melius Bertrandus Otonis habuit et tenuit huic abbati et fratribus suis et monasterio ipso in sana et bona pace et absque alicujus contradictione cum omnibus directibus suis tenere et habere et plenarie possidere faciatis. Et per illam fidem quam mihi debetis sicut de vobis spero illud dedecus fortiter justificetis et inquiratis et demandetis et totum quod vobis rogo sicut in vobis bene confido adimpleatis et magnam curam et sollicitudinem de ipso monasterio et de Sanctis Crucis et de omnibus aliis eorum rebus habeatis. Valete et quod vobis rogo adimplete et ipsum monasterium una cum filio meo bene emparetis et contra omnes manuteneatis et defendatis et ipsam turrim de Valle Urseira cum ecclesia que ibidem est cum omnibus ad eandem turrim pertinentibus cum decimis et primiciis et cum quatuor affrontacionibus sicut in carta Bertrandi Otonis scriptum est totum eis habere et in sana et bona pace tenere faciatis.

CLIII.

Núm. 21. Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cujus tenor talis est. Raimundus Dei gratia barchinonensium comes et marchio et princeps aragonensis Raimundo Dei gratia militie iherosolimitane magistro et cunctis fratribus cismarinis et ultramarinis partibus Deo militantibus salutem et eternam gloriam. Qualiter Adefonsus rex aragonensis tempore sui obitus imminente totum regnum suum tripartite reliquerit Sepulcro videlicet Domini et Hospitali atque Templo militie satis omnibus est manifestum. Unde ego succesor illius in regno volo eidem militie omnibus modis deservire et eam honorificare et honorifice magnificare. Vestre siquidem considerans ordinem professionis michi videtur ut sicut in primis sub beato Petro per apostolorum predicationem Ecclesia Dei fundata letatur ita et nunc per officium vestrum eadem Ecclesia deffendatur. Vestram itaque fraternitatem nos et omnis patrie ispaniensis clerus et populus modis omnibus deprecamur quatinus Ecclesie Dei provideatis et ejus necessitatibus in quantum potestis subveniatis ut saltem X de fratribus vestris quos aptos ad hoc benignitas vestra decreverit nobis concedat et dirigat sub quorum obedientia in partibus nostris et milites et alii fideles qui huic exercitio pro salute animarum suarum se tradiderint

regantur et tueantur. Necessaria autem vite et militie ipsis X militibus fratribus vestris quos nobis misseritis ego illis sufficienter tamdiu aministrabo de meo donec de meo honore tantum eis retribuam unde se bene conducere valeant. Hoc vero excepto dono eis civitatem Darocham cum omnibus habitatoribus suis et cum omnibus terminis et apendiciis suis cum rivis et aqueductibus et reductibus et cum omni dominatione quam ibi habeo vel habere debeo omnia in omnibus sicut melius ad utilitatem prefate militie intelligi vel nominari potest. Dono etiam illis Lopesancium de Belgit cum suis duobus castellis Osa et Belgit et cum suo honore scilicet Cotanda cum omnibus suis pertinentiis. Addo etiam illis in Cesaraugusta civitate unum christianum et unum maurum et unum judeum cum omnibus honoribus et possessionibus eorum et terras annuatim laborandas duobus paribus bovum. Dono iterum illis quartam partem unius ville juxta Oscham existentis que dicitur Quart. Item illis concedo decimam partem omnium que in Ispania adquirere potero tam in censu quam in honore vel in aliquibus rebus. Predicta vero omnia illis libere et solide et firmiter trado ad eorum propriam voluntatem inde complendam sine ullo retentu quem ibi non facio. Si vero fraternitas vestra huic nostre petitioni diligentiam dederit hec vobis complere et majora quam litteris intimamus addere satagemus. Laudo etiam vobis atque confirmo donum ipsius honoris quem scripto feci Arnaldo de Bedocio in partibus Barchinone. Predictos vero X milites fratres vestros tamdium teneam de meis redditibus et usaticis de Jacha et de Oscha et de Cesaraugusta donec illis tantum honorem concedam unde se

bene regere et conducere possint. Super hiis omnibus vestram fraternitatem humiliter imploramus ut ad tanti triumphi gloriam festinare curetis et a tanto Dei servicio vos nullo modo subtrahatis et vestrum responsum cicius inde nobis mitatis. Cum majus tardaveritis majus Ecclesie Dei dampnum facietis.—Sig✠num Raimundi comes.—Sig✠num Jacobi de Folcheriis notarii publici Barchinone testis. — Sig✠num Berengarii de Lirana notarii publici Barchinone testis. — Sig✠num Berengarii de Vallesica notarii publici Barchinone testis.—Sig✠num Bernardi de Ponte vicarii Barchinone et Vallesii qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo non cancellato nec in aliqua parte sui vitiato ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem impendimus et decretum ut ei tamquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur appositum per manum mei Bernardi de Cumbis notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii ejusdem civitatis in cujus manu et posse dictus vicarius hanc firmam fecit VIII idus septembris anno Domini millessimo CCC undecimo presentibus testibus Bernardo de Daurats Jasperto de Examins et Petro de Comellis. Et ideo ego Bernardus de Cumbis notarius predictus hec scripsi et hoc meum sig✠num hic apposui.—Sig✠num Bernardi de Villarubia notarii publici Barchinone qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo et cum eodem legitime comprobatum scribi fecit et clausit octavo idus septembris anno Domini millessimo trecentessimo undecimo cum litteris appositis in linea octavadecima ubi dicitur vobis et rasis et emmendatis in linea vicesima prima ubi dicitur majus.

CLIV.

Raimundo Dei gratia prudentissimo et honorabili comiti Barcinonie principi et marchioni Aragone consules Pise cum dilectione salutem. Scripsimus vobis jam multotiens qualiter in amicitias fuimus cum patre vestro bone memorie et quam nobis karissima fuit dum ipse viveret quomodo vel qualiter vestram volumus et desideramus honorifice retinere. In quibus sciatis nos equidem firmiter existere nec umquam cessare ac discedere velle. Ideo rogamus vos obnixe ut quicquid honoris pater vester inclitus egregie memorie civitati nostre juvit acquirere ita juvetis nos id ipsum retinere quod inde non possimus pati aliquam capitis diminutionem. Patet evidenter vestre quidem sagacie Valentiam a vestro patre retentam fuisse nunc autem a sarracenis possessam quam siquis extraneus vellet opprimere vestra ut credimus non pateretur nobilitas. Item ut noscitis vestro cum patre nos Maioricam cepimus que licet a sarracenis incolitur sub vestri tamen nostrique tutela remansit que si quam sub nostri solatio pateretur injuriam non illorum quidem sed nostrorum esset infamia. Unde si januenses uti didicimus prefate civitati vel Evise atque Minorice quicquam injurie inferre temptaverint ut vestra nobilitas in hoc sibi nec faveat sed in quibus prevalet obsistere studeat rogamus pernimium. Núm. 22.

Nos quidem eisdem litteris frequenter ac propio ore illud idem jam proibuimus quod sine nostrorum eorumque sanguinis effusione nequaquam fieri potest. De injuria quam vestris a nostris quidem dixistis illatam respondimus vobis sufficienter: unde iterato scribimus excellentie vestre ut in veritate sciatis nos quicquid potuimus ut inde recuperasse. Illi quidem qui rediere testati sunt se cum justitia et pro illata sibi injuria id quod fecerant fecisse. Tamen quodcumque potuimus ut dictum est fecimus cum magno amore. Mittite igitur quando vobis placet pro eo quod inde jam recuperatum est: redeuntibus enim illis qui noxe interfuere parati erimus eos decenter recipere et ab eis omnia in integrum que injuste acta sunt viriliter extorquere et patientibus nutu vestro nichilonimus reddere amore karissimo.

CLV.

Núm. 23. Illustrissimo Dei gratia A. Ispaniarum imperatori R. comes Barchinone regnique dominator aragonensis ac Provincie marchio de bono in melius provehi. Cum rerum utilitate et verborum veritate crescat amicitia constantie ac tolerantie virtute roboratur: inde est inde cogor vestris semper jussionibus obtemperare et rogatui vestro quem michi fecistis ut non intrarem regnum Navarre nisi rex ille intraret terram meam ostiliter adquiesco nec homines mei

facerent ei guerram nisi sui facerent mihi: et hoc in veritate vobis promitto tempore determinato usque ad festum Sancti Martini nisi nos ambo insimul comitemus consilium. Sed quia non solum estis amicus verum etiam dominus ut amici et vassalli mea semper negotia ante vestros occulos vos deprecor ponite volo enim anteponere vestra meis expectando bonam promissionem vestram nolo contraire mandatis vestris. Sed quoniam amodo negocia vestra mea recolo visum est mihi vobis utile fore si de consilio vestro esset ut miteretis filium vestrum regem Sancium in exercitum et ego venirem ad vos ad suscipiendum consilium de vestris et meis factis quibus possemus tendere ad majorem ruinam inimicorum crucis Christi. Regem Ferrandum filium vestrum et nepotem meum quem diligo ut filium vobis specialiter comendo ut de ipso congruam curam geratis sic ut dicatur rex a re non a solo nomine. Nec minus comendarem vobis regem Sancium nisi ipse se comendaret. De cetero pro comite Gondisalbo cui neptam meam tradidi in uxorem immo vobis preces multimodas efundo ut prosint ei apud vos amici et non noceant inimici. Preterea pro pampilonensi episcopo quem rex Navarre et homines ejus pro restituendis treguis mihi obsidem dederunt et nunc ex precepto domini pape in meam se posuit potestatem vestram deprecor excellentiam quatenus ei a rege Navarre qui propter hoc honorem suum et terram sibi emparavit reddi faciatis et solvi amore mei qui de negotio Navarre mandato vestro et voluntati mee obedire proposui quod nisi vestro rogatu nullo modo adquiescerem: sicque precor de eo agatis ne inimici sui quod pro bono fecisse cognoscitur ad dampnum sibi evenisse letentur. Ce–

tera que vobis non scribo per migdoniensem episcopum fidelissimum vestrûm vestre majestati denuncio et eum specialiter vobis comendo.

CLVI.

Núm. 24. Raimundo Berengario comiti Barchinone principi Aragonis Raimundus de Molnells salutem. Sciatis quod salnariam de Taraschone est multum peioratam propter salnariam que fit ad Berram et ad Pallonem et ad cetera loca vestre terre. Mandate ergo si placet ut nullus sit facere salnariam nec emere salem nisi de vestro sale aput Taraschonam et mandate similiter et ex precepto vestro dicite ut nullus sit deferre salem per mare apud Montempessulanum nec in aliquo loco nisi vestrum salem et ita bona erit vestra salnaria apud Montempessulanum aliter enim non multûm valeret. Totum salem inimicorum nostrorum usque ad hanc diem ego accepi et est frescum salis amicorum vestrorum id est terciam partem. Nec vero novi consules super hoc contra vos nituntur et elaborant ne habeatis et inde vobis proclamacionem facere volunt dicentes judeos et ceteros esse in consulatu. Vos autem ut discretus eis respondete et nullo modo adquiescatis verbo eorum. Si etenim feceritis ut ipsi voluerint omnem salnariam vestram et omne lucrum de sale perdidistis. Aliter autem nunquam tantum expendetis in Provincia quantum lucrabimini de sale. Ultima

die jovis julii fuit expensa omnis civata vestra: de his autem litteris apertis vestram voluntatem mihi cito mandate.

CLVII.

Raimundo Berengarii comite Barchinone et marchio atque princeps regni Aragonis Reverterius tuo fidelis homo atque miles vicecomite Barchinone salutem in Christo. In rei veritate sciatis quod ego sum vester fidelis homo et vester fidelis amicus et sum paratus ad vestrum servicium facere nocte ac die ubi ego poscham sine nullo engan: et iterum vidi vestras literas quod de mea honore atque de meo castro de Guardia exiebat vobis senior magnum malum et de hoc sum fortiter iratus atque tristis. Et sciatis vos senior quia non est meum sensum neque meum intellectum ut de me neque de mea honore exiat vobis male quia ego senior tantum sum culpabile Deo non est opus quod de mea honore exiat male ullo homini aut ullo meschino. Et sciatis vos senior quando venit a me meo nepoto Guillelmo et donavi ille castro de Guardia mandavi ille quod non exisset inde nullum malum et ipse convenit mihi cum suas proprias manus mihi juravi et postea in ipsa conveniencia fuit meus homo atque de meo filio. Deinde facio vobis magnas gracias quando vobis placet dicere de ipsa honore que mea est quod ego senior non habeo nichil in ipsa honore nisi pro amore Dei et tua. Et sciatis vos senior quod ipsa mea

Núm. 25.

honore non est mea sed est vestra quia ego vestri bajuli sum de ipsa et rogo vestram mercedem in ipsa tota mea honore ut faciatis ibi totum vestrum libitum sicut potestis facere in vestra dominicatura: et si in ipsa mea honore est nullus homo qui noleat facere vestram voluntatem accipite eum et mitite eum in manicis ferreis et mitite eum ad me ad marrochs et ibi facio vobis directum que vobis placuerit: et rogo Deum ut jam non donet mihi nullum avere neque nulla honore neque nullos homines qui non fiant ad tuum servicium atque ad tuum mandamentum. Et facio vobis magnas gracias de consilio quod mihi donastis de ipsa Guardia et ego si Deus vult stabiliero illa ad tuum servicium quando ibit Robertus in vestram patriam. Et rogo vos senior pro Dei amore et summa amicicia de meos nepotos qui sunt captos in tradicione ut sit vestra mercede ut recuperetis eos et mihi donetis quia ego scio senior quia nepoti mei non sunt membrati et sunt stulti et folli sunt vestri milites atque ad vestrum servicium: et preco vos ut sitis memor de ipsa tradicione atque bodia et veniat vobis in mente quia fuit facta in vestra patria unde semper erit in mala fama et fac de ipsa bodia sicut teneant tibi toti tui homines per seniore et potestate ut non rememorent de ista antiqua tradicione et de ipsa parabula quod Raimundus de Castelet vobis dixit ex mea parte non demando vobis per meum servicium sed per meliorare ad vestrum servicium et quod potuisset servicium a Deo facere. Iterum facio vobis senior magnas gracias de toto vestro affectu quod michi misistis scriptum unde mei magnum gaudium est quod si acaptasset magnum avere: et rogo vos ut quando inveneritis vestram faciendam bene super vestros inimicos faciatis mihi scire per vestras

literas et mitite ipsas ad Cidamon et ipse mihi mitere faciet et ipsa ora inveniam parabulas quales debeo offerre ante reges et presides sicut miles humilis ad dominum facit. Valeat michi dileccio vestra.

CLVIII.

Juro ego Poncius Ugonis comes impuritanensis quod de ista ora in antea fidelis ero tibi domino meo Raimundo comiti barchinonensi de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de ipsa conveniencia quam tibi feci super gerundensi ecclesia et tibi omnibus pertinentibus et de ipsa conveniencia quam sibi feci de tenenda pace et facienda justicia et de ipsis camins qui intrant vel exeunt tam per terram quam per mare in terram tuam et de ipsa conveniencia quam tibi feci de castellis et fortitudinibus non faciendis in episcopatu gerundensi vel rossilionensi et de omni honore tuo quem hodie habes vel in antea Deo juvante habueris quod non tibi tollam partem vel totum nec aliqua utriusque sexus persona per me vel per meum consilium vel ingenium. Et siquis tibi aliquid inde tulerit ero tibi fidelis adjutor per fidem sine engan tenere habere et defendere omnem tuum honorem contra omnes homines vel feminas per fidem sine engan. Sicut superius scriptum est sic tenebo et atendam per Deum et hec sancta. Núm. 26.

CLIX.

Num. 27. Hic sunt nomina illorum scripta qui jurando fecerunt hominium et fidelitatem Raimundo comiti barchinonensi in regno aragonensi de Jacha scilicet et de aliis castris Aragonis. In primis de Jacha fecerunt hominium et sacramentum : Peregrinus Datrussil. Calvet filius Gali Dat. Bernad Andreu. Ponç Andreu. Constantini Sancti Antuli. Guillelmus de Forches. Petrus Richer. Nadal. Arnaldus filius Galiciani. Guillelmus Beli. Lambert. Johan de Meitat. Bartolomeu de Chahorc. Peitavi Mercer. Banc Fertunons. Magnet. Bernad de Ban. Garner. Pere de Madel. Jorda de Gali Dat. Bernad de Tarbes. Alaman Sancti Antuli. Pere de Forches. Ermengodet. Geral de Chaorc. Ramon de Fortsanc. Bernad Guarter. Guilem Belabarba. Pere Beli. Pere Bonet. Guilem Barrau. Arnal Eschasset. Pere Gras. Selvan. Marti Domeng. Ebrard. Garcia de Porta. Beceli. Palai. Galton. Ponç de Campfranc. Domeneg de Madel. Guilem Assota. Pere Ramon Moneder. Ramon de Terrachona. Pere Assiu. Tebal Pelicer. Pere Giral. Bofil. Guilem de Pampaloña. Bernard Celesti. Furtun de Madel. Ramon Mercer. Ramon de Carrio. Guilem Benassis. Bonet Estable. Arnal Ferrer. Esteva Mercer. Garsio Texener. Andres. Arbert Cabater. Pere Majorges. Berard. Muza de Caorc. Aimeric Mercer. Allbert Pellicer Vidal de Liura-

da. Johan Long. Ez de Befoneria Ponç Ferrer. Pere Bru. Bernad de Muli. Garsio Cabater. Pere de Ruphet. Sanc Guilem Pelicer. Garsia Sanc de Esa. Bernad Miroela. Sanc Galinc Alhaiat. Garsio de Baseia. Guilem Garsia. Guilem de Sanc Sandot. Gilabert Cabater. Vidal Cabater. Pere Choia. Elias de Peragiis. Bonet Carter. Sanc de Burgnou. Bru Cabater. Pere Bernad. Guilem Jouan. Arnall filius Sanc Habic. Bonet Beli. Jouan Radolf. Lucad. Joies Cabater. Osmo Cabater. Rogger Cabater. Pere Lambert. Arnal Calvet. Bonet Alleger. Guilem Paminer. Pere Trentalabres. Guilem Blanc. Bru Doreci. Guilem Trosseler. Ramon Colteler. Arnal Vestid. Pere Alleger. Jouan Richarc. Bernad Malvestid Guilem de Campfranc. Duran de Morlans. Arnal Cabater. Guilem Arnal. Ug Cabater. Deussalvet. Sanc Dagossa. Calvet Ferrer. Ramon Constanti. Christia Madeler. Vidal filius Dominici. Marti Bataia. Jouan de Gorra. Constanti Ferrer. Pere Dorchau. Ramon Picho. Perola. Furtun Dates. Bonet. Arnolf. Marti Osmon. Francesc Cabater. Chastan Dates. Bonet Formes. Marti Cabater. Baro Muliner. Sanc Pelicer. Bertran Cabater. Bernad de Oscha. Constanti de Burgs. Ubert Borrel. Bru Camiador. Jocbert de Chaorc. Bernad Gocelm. Bernad Ros. Guilem Richer. Ramon de Todela. Guilem Burgnou. Galicia. Sanc Cabater de Tolosa. Vidal Cabater. Guilem Flotes. Steve de Chaorc. Pere Daissa. Ramon de Condom. Renall de Partanai. Ponc Barba. Garsio de Morlans. Pere Archimbal. Ramon de Forches. Jouan Fabre. Geral Rois. Bernard Umball. Vidal Ferrer. Armengod Cabater. Forester. Enego Duran. Garsia Madeler. Jofre Seler. Gocelm de Montpestler. Ponc Esteve de Jacha. Ber-

tran filius ejus. Steva Carpenter. Guilem de Jacha. Gocelm de Jacha. Guilem Rocha. Pere de Toronia. Grasset. Esteve de Amer. Elies Fornes. Calvet Madeler. Garsia Tascher. Sanc Curador. Petito. Simon. Jouan. Duran. Gali de Madel. Folco de Treics. Aner de Forces.—Assotani: Abbas Blasc. Blac Oriol. Enego Blasc. Garciacec. Furtun Acenarc. Alchal. Garcia Sanc de Fau. Sanxo Fort. Bitarnall. Forts. Monxo. Beliartala. Garcia Tonoxoa. Ariol Arraia.—De Bardaisa: Galino Baions. Maiaio. Sanx Acenarc. Garcia Dat. Garcia Cenarc. Xemeno Garcians. Garcia Riol. Garcia Blasc.—De Siroesa: Gali Prior. Oliver. Saxo Vorra. Salvo. Jouans. Dat Enecons. Garsia. Furtun. Blascho. Navarro. —De Vilanova: Lup Garcec. Ariol. San Sanc. Xeme Lobec. Acenar. Bonet. Benet. Furtun Lobec.—De Aruxo: Neco Blasc. Eneco Necons. Gali Garcec. Acenar Blasc. Enego. Gali Sanc. Anaiola. Ramon Galvan.—Daratores: Garcia Sanc. Banc Adogar. Arnal Oriol de Vergosa Gali Garcec. de Vergossa. Gali de Vergossa. Sanxo de Castelo. Blasc Varcec. Garcia Dat. Garcia Xemenons. Garcia Blasc. Sanxo Arcec. Sanxo Arcec de Sancto Martino. Garcia Necons de Atoressa. Ato de Vergossa. San Xemenons. Acenar Galinc de Vergossa. Xome Acenar de Vergossa. Gali Marti de Verguo. Blasc Arcec de Veschos. Sanxo de Arox. Mucartica de Usa. Enec Acenarc de Darag. Eneg Xemenons Daratores. Blasc Varcec de Castel. Garcia Sentar Dosse. Sanx Enecons de Veschos. Ariol de Vila Nocla. Sanx Acut. Sanx Oriol de Vila Nocla. Petrus filius ejus. Alvaro de Vilanova. Mir de Vilanova. Arnal de Vilanova.—De Acin: Acenar. Enec Acenarc. San Garcec de Canalela. Acenarcec de Castel. Enec

Oriol de Vila Noela. Acenar de Vergossa. Sanxo de Sires. Sanxo de Castelo. Enec Arcec de Rossa. Francho de Castello. Gali de Rossa. Petro Dacin. Garci Acenarc de Rossa.—Un Castel: Alchal. Enego Mic. San Sanx. Daniel. San Facivel. Petro Garcec. Eneg Xemenons. San Fertinons. Jouan Garcec. Petro Enegons. Garcia Orbita. Enec Arcec. Furtun Balast. Garcia Fertunons. San Fertinons. Jouan Sanc. Garcia Sánc. Jouan Fertinons. Jouan Cornei. Garcia Sanc. Almorabid. Sanc. Garcec. Garcia Canuto. Jouan de Certan. Eneg Fertunons. Fertun Lop. Petro Fertinons. Cantador. Garciacec. Jouan Oriol. Furtun Biel. Garcia Fertinons. Guilem Arnal. Ciprianus. Guilem de Samata. Garciacec de Bel. Furtu Enecons.—Aoer: Enec Arceec. Alcal. Garci. Alinic. Marti Garcec. Gali Acenarc. Garcia Necons de Comaire. Eneg Lobić de Liso. Garcia Sanc filius Sanc Sanc. Xeme Bacons. Garciacec. Menestral. Petro filio Enego. Sanxo Barcec Dargileva. Pero Lobec. Sanx Oriol. Pedro Acenar. Pedro Sanc filius de Carnerer. Eneg Alinic. De Cimel. Gali Sanc fil de Sanc Sanc. Blasc Arcec. Garcia Necons nepos ejus. Eneco Necons de Comarux. Garcia Necons Bronx. Furtun Garcec. Paracol. Enec Arcec de Rumpsacs. Xeme Galons. Banc Acenarc. Sanc Galinic. Garciacec de Nan. Eneg Fertinons. Furtu Xemenos.—Lusia: Pardo. Alchal. Pedro Sanc. Garcia Lobec. Bonet. Assiv. Furtun Sanc. Garcia Necons. Enec Sanc. Camariol. Pedro Sanc. Jouan Enecons. Furtun Sanc. Bonet Cabate. Saxo Arcec Jouan. Garcia Sanc. Morel. Abbas Gali. Gali Acenarc. Lop Enegons. Galidat. Lop Lobec. Bitanau. Gali Necons. Garcia Cenarc. Xeme Sanc. Eneg Xemenos. Gali Garcec. Furtun Fertunons. Gali Sanc.

Garcia Sec. Garcia Sanc. Garcia Bacons. Gali Garces. Enec Necons. Enec Acenarc. Garcia Fertinons. Eneg Sanc. Eneg Fertinons. Garcia Fertunons. Garcia Fertunons alter. Eneg Fertunons. Garciacec. Petro Galinic. Jouans. Sanxo Arcec. Garcia Sanc. Furtun Dat. Salvador Eneg Lobet. Sanxo. Pedro Arcec. Gali Jouan. Garcia Fertinons Enec Ariol. Pedro Arcec. Garcia Sanc. Eneg Xemenons. Donat. Garcia Fertinons. Lop Enegons. Pedro Lobec. Sanx Enegons. Gali Enegons. Banc Enegons. Furtun Garcec. Acenar Fertunons. Biel. Alchal. Galegons. Eneg Sanc. Garci Ardonic. San Fertunons. Garcia Necons. Garci Arcec. Furtun Galinc. Sanxo Bacons. Garcia Sanc. At Acenarc. Fertu Jouans. Galino Bacons. Arid. Anaia. Eneco Necons. Sanxo Ferreto. Sanxo Galinic. Ato Garcec. Lop Enegonis. Enego Necons. Oriol. Enec Sanc. Fertuno. San Sanc. Garcia Necons. Enec Acenarc. Munter. Albaro. Dato. Xeme. Garcia Fertunons. San Sanc. Acenarc. Sanc.

CLX.

Núm. 28. Juro ego Guillelmus Sancti Martini tibi domino meo Raimundo comiti barchinonensi quod de ista ora in antea fidelis ero tibi de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore tuo quem hodie habes vel in antea Deo juvante

adquisieris et quod adjuvabo te tenere habere defendere et guerrejare omnem tuum honorem quem hodie habes vel in antea Deo juvante adquisieris contra cunctos homines et feminas per fidem sine engan. Et quod faciam tibi et atendam sicut scriptum est in conveniencia inter me scripta et te me sciente per Deum et hec sancta.

CLXI.

Hec est comemoratio maleficiorum quorum B. Mironis Núm. 29.
domino suo R. Berengario comiti barchinonensi et principi aragonensi injuste facit. Scilicet in primis noviter misit in honore de Ascleto parilios III gallinarum et hos retinet sibi et adhuc in predictum honorem recipit par unum caponum et retinet secum et fratrer ejus emit olim medietatem de borda una que fuit Ermengaudi Baioni et de hac borda aufert comiti taschas et decima et chesta. Iterum Berengarius Mironis habet aliam bordam in predictam villam de Ascleto in qua fecit mansos III cum adjutorio honoris et silvis et brugariis comitis de quibus mansis ipse accipit quartum et censum et pernas et caponis et in hoc stabilimentum perdit tascham et decima comes. —Iterum Berengarius Mironis emit medietatem de honore qui fuit olim Dominico Suniarii de Aganix. In hac et in alia medietate comes perdit tascham et decimam et chestam: et in predicta villa de Aganix habet in dominium Berengarius

sepedictus Mironis inter mansos et bordas VII de quibus mansis ille accipit quartum et censum et cervicia et aufert comiti tascham et decimum de omni laboracione eorum. — Iterum in villa de Cabanes condam Petrus Ferreti habitabat et luit Terragonam sed antea in predicta villa magnam et bonam habebat vinneam de qua postea B. Mironis aufert decimam et tascham comiti. In predicta villa B. donum recepit de medio manso qui quondam fuit de Petro Vives et per hoc comes perdit chestas et servicia ideo quia omnem mansum destructum est et ibi hominem nec feminam non manet: et in sepedicta villa B. Mironis fecit magnas domos et plantas et laborationes et de hoc et de aliud quod homines ejus laborant pro eo perdit comes tascham et decimum: et Guillelmus Poncii scit in rei veritate quia hoc prescriptum verum est.

CLXII.

Núm. 30. Hec est memoria de dono quod facit comes Petrum de Stopana per castrum Montso quod recuperat. In primis donat ei casteio Ceboler cum suis omnibus pertinentiis et donat ei leztam quam accipiat ad ipsam alchantaram videlicet de uno trossello medium morabetinum et de balas quartam partem morabetini. De equo aut equa aut mulo quator denarios. De bona vacha vel asino duos denarios. De quator ovibus denarium unum. De carga de chuiram

aut de cera aut de oleo denarios duodecim: et ista lezta nullo modo accipiatur nisi de illis rebus que causa vendicionis inde transierint et ulla alia ledda vetus aut nova ibi aliter non addatur neque accipiatur. Insuper donat ei Celis et Duo Castra Tamarit et Caidi quando Deus ea dederit ei. Supradicta omnia donat ei a fuero de Aragone et de rege Petro ac rege Sancio. De rebus vero milicie Templi vel de eorum propriis hominibus nulla ledda exquiratur nec accipiatur. Si autem quod absit constituta milicia Montssoni defficeret aut destrueretur jamdictus Petrus rècuperet Montsso sine aliqua contradictione. Supradicta omnia donat ei comes per honorem ad fueros de rege Petro et rege Sancio: et si Petrus recuperaret modo jamdicto castrum Montsso recuperet comes prephatum honorem de Petro jamdicto *(Alphabeto divisa).*

CLXIII.

Notum sit omnibus quoniam ego Calvetus vendo tibi Raimundo comiti barchinonensi aragonensium principi medietatem ipsius operatorii simul cum ipsius cortalli sibi aderenti quod habeo in suburbio Barchinone in ipsa platea de ipso mercato quam tu comes jamdicte comparasti et conquisisti in Barchinona ad orientalem partem ante portam castri veteris. Et sicut predictum operatorium cum jamdicto cortallo continetur et habetur et suis notis afron- Num. 31.

tationibus ambitur et terminatur sic vendo jam predictam medietatem tibi propter L morabetinos ajadinos et lupinos quos de te inde accepi. Et de meo jure et potestate eam trado in tuum jus et dominium ad omne velle tuum inde perficiendum in perpetuum.... aliquid conquirere poterit habeas hoc totum in ipsis aliis meis mansionibus que intus sunt in mea scilicet medietate quam habeo vel habere debeo intus in ipsis mansionibus et in predicto operatorio sive cortallo sicut melius meam medietatem in omnibus ibi habere debeo.—Sig✠num Calveti qui....—Sig✠num Arnalli de Lercio.—Sig✠num Arnalli de Rased.—Sig✠num Bernardi Bovis.—Sig✠num Guillelmi Catalanni...

CLXIV.

Num. 33. In Dei nomine hec est conveniencia que est facta inter Raimundo comite et Bernard Ug. Convenit Raimundo comite ad Bernard Ug quod non faciat eum comendare per ipso chastro de ipso Chastelet a nullo homine set non est a semedipso aut a suos filios aut a sua posteritate: et per hoc donat ad eum Bernard Ug X uncia in rem valent.

CLXV.

Perg. nº 1. de D. Alfonso I 4 ago. 1162

Hoc est translatum fideliter factum.—Hec est sacramentalis condicio ultime voluntatis domini ac incliti Raimundi Berengarii barchinonensium comitis et aragonensium principis juxta quarti ordinis modum edite que instante periculo gravis infirmitatis cum scripta non fuit injuncta est Guillelmo Raimundi Dapifero et Arberto de Castrovetulo et magistro Guillelmo capellano suo ab eo ad manifestandum et corroborandum. Eapropter nos supradicti verum pariter dantes testimonium ante presenciam domini Bernardi terrachonensis archiepiscopi et Guillelmi barchinonensis episcopi et Petri ausonensis et Gaufredi dertosensis et Petri cesaraugustani episcopi et Guillelmi gerundensis et Artaldi elenensis et Martini tirasonensis et Guillelmi illerdensis et Mironis judicis et aliorum multorum terre magnatum tam aragonensium quam barchinonensium juramus per Deum vivum et verum et super sancta quatuor evangelia superque has condiciones manibus nostris jurando contingimus qui nos vidimus et audivimus et ibi presentes eramus quando predictus venerabilis comes proficiens ad colloquium constitum inter eum et romanum imperatorem apud civitatem de Thaurins gravatus infirmitate qua obiit in burgo sancti Dalmacii dum adhuc esset in sua plana memoria ac loquela ordinavit suam extremam voluntatem in

suis solumodo verbis in quibus dimisit corpus suum ad sepeliendum Sancte Marie rivipollensi cum dominicatura de Mojon sicut jam sibi ante donaverat. Et dimisit filio suo majori Raimundo omnem suum honorem de Aragone et Barchinona atque universum alium suum honorem ubicumque eum habebat preter comitatum Ceritanie quem dimisit alio filio suo Petro integre cum omni honore quem Bernardus Guillelmus comes Ceritanie tenebat et habebat ad diem obitus sui in cunctis locis. Et dimisit eidem filio suo Petro senioraticum Carcasone et omnem alium suum honorem et fevum quem Trencavellus tenebat et per eum habebat. Et iterum dimisit eidem filio suo Petro suum jus quod in Narbonam habebat vel exinde ei pervenire debebat tali pacto ut hec omnia suprascripta que ei dimisit prefatus Petrus teneat et habeat per Raimundum fratrem suum majorem et exinde faciat ei hominium et fidelitatem et serviat ei. Et precepit ut totum illud quod dimisit filio suo Petro teneat Raimundus filius suus predictus donec Petrus frater ejus sit miles. Et dimisit regine uxori sue Bisuldunium et Ripas unde viveret. Et precepit quod si filius suus Raimundus obierit absque infante de legitimo conjugio omne quod ei dimisit revertatur ad Petrum filium suum et omnia que dimisit Petro statim revertantur ad Sancium filium suum minorem et faciat illas convenientias et fidelitates et hominium Sancius Petro quas Petrus debebat facere Raimundo fratri suo. Et si jamdictus Petrus obierit priusquam Raimundus absque infante de legitimo conjugio omnis suus honor revertatur ad Sancium fratrem suum et faciat predictum hominium et fidelitatem atque servicium Raimundo fratri suo. Et si Raimundus et Petrus

obierint sine infante de legitimo conjugio totus supradictus eorum honor reverteretur Sancio. Item dimisit totam capellam ecclesie Sancti Rufi que est apud Ilerdam et precepit ut omnia debita sua persolverentur de redditibus et exitibus sui honoris. Dimisit omnem suum honorem ac filios in bajulia tuicione et delfensione domini Enrici regis Anglie. Hoc totum jamdictus comes ita ordinavit suis solumodo verbis pridie nonas augusti anno ab incarnatione Domini M°C°LX°II° regni Ledoici regis junioris XX°VI° et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde ingravescente langore ab hoc seculo ad Deum migravit VII idus ejusdem mensis immutata sua voluntate nobis scientibus. Hanc igitur hujus testatoris ultimam voluntatem nos jamdicti testes sicut vidimus et audimus et ab eo rogati extitimus infra VI menses coram supradictorum presencia legaliter jurejurando propriis manibus corroboramus. Late condiciones apud Oscam V idus octobris eodem anno. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi Sig✠num Arberti de Castrovetulo. Ego Guillelmus ipsius domini comitis capellanus subscripsi.— Sig✠num Bernardi terrachonensis archiepiscopi. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. Sig✠num Martini tirassonensis episcopi. ✠ Petrus ausonensis episcopus subscribo. Guillelmus Dei gracia gerundensis ecclesie episcopus subscribo. ✠ Artalli elenensis episcopi. Sig✠num Guillelmi ilerdensis episcopi. Petrus Dei gracia cesaraugustanus episcopus. Ego Gaufredus dertusensis diocesis episcopus.— Preterea nos supradicti testes G. Raimundi et A. de Castrovetulo et G. capellanus juramus et testificamus quod supradictus venerabilis comes dum adhuc esset in sua plana memoria dimisit filio suo Petro totum feudum quod domna

Ermengaudis vicecomitissa narbonensis per eum tenebat et Ugoni de Cervilione mille aureos in suo pignore de Villamajore quod jam ei subposuerat pro suo debito et ita verum esse manibus propriis juramus per Deum et hec sancta.—Sig✠num Arnaldi Mir comitis pallariensis. Sig✠num Petri de Castelazol. Sig✠num Palasin. Sig✠num Sancii Ennechons de Daroca. Sig✠num Gallim Exemenes de Belgit. Sig✠num Fertun Acenars de Tirassonia. Sig✠num Deus ajuda. Sig✠num Petro Lopez de Lusia. Sig✠num Marcho de Oscha. Sig✠num Petri Lopez de Luna. Sig✠num Peregrini de Castelazol. Sig✠num Fortunii de Stada. Sig✠num Blascho Massa. Sig✠num Arpa. Sig✠num Raimundi de Podioalto. Sig✠num Guillelmi de Cervera. Sig✠num Geralldi de Jorba. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Raimundi Fulchonis Cardonensis. Sig✠num Bertrandi de Castelleto. Sig✠num Guillelmi de Montcada. Sig✠num Arnalldi de Lerçio. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo junioris. Sig✠num Ottonis. Sig✠num Bernardi de Rochafret. Sig✠num Raimundi de Torroja. Sig✠num Guillelmi Montispessulani. Sig✠num P. regine Aragonum et comitisse Barchinone uxor jamdicti comitis que hoc laudo et propria manu mea confirmo et corroboro.—✠ Mironis judicis. Sig✠num Bernardi Marcucii.—Sig✠num Ugonis de Cervilione barchinonensis sacriste qui huic testamento interfui apud Sanctum Dalmacium et hujus rei testis sum et sicut vidi et audivi ita verum esse manu propria rogatus juro et afirmo per Deum et hec sancta.—Sig✠num Dominici scriptoris qui hanc voluntatem novissimam et judicium domini comitis rogatus scripsit die et anno quo supra.

CLXVI.

Reg. i, fol. 10
18 jun. 1164

Auctoritate legali decretum est ut res donate si in presenti tradite sunt nullo modo repetantur a donatore. Quapropter in Dei eterni regis nomine ego Petronilla Dei gratia aragonensis regina et barchinonensis comitissa uxor que fui venerabilis Raimundi Berengarii comitis barchinonensis et principis aragonensis libenti animo et promptissma voluntate cum consilio et consensu et providencia Ugonis Dei dignatione terrachonensis archiepiscopi et Petri cesaraugustani episcopi ac Guillelmi barchinonensis episcopi et comitis palearensis atque Petri de Castelazol et Deusajuda et Petri Ortiz et Blascho Romeo et Exemeni de Artesella et Dodonis de Alchala atque Fortunii Maza et Guillelmi Raimundi Dapiferi et Guillelmi de Castrovetulo et Arberti de Castrovetulo aliorumque magnatum tam aragonensium quam barchinonensium dono et laudo et concedo tibi dilecto filio meo Ildefonso regi aragonensi et comiti barchinonensi qui in testamento ejusdem viri mei vocaris R. et omni posteritati tue omne regnum Aragonis integriter civitates quoque et castra villas et ecclesias et monasteria terras cultas et heremas rochas montes et fortitudines et aquas potestates universas milites et homines dominationes et senioraticos tam terrarum quam hominum et cum omnibus terminis et possessionibus et pertinenciis que ad prephatum regnum

Aragonis pertinent et quocumque modo pertinere debent et sicut unquam avus et proavus meus melius ipsum regnum Aragonis tenuerunt et habere debuèrunt cum introitibus et exitibus suis integriter: similiter cum omnibus augmentationibus et adquisitionibus que Deo auxiliante ad prephatum regnum adquirere et habere potueris per omnia et in omnibus tibi predicto filio meo Ildefonso regi omnique posteritati tue trado et solvo et dono ut melius dici vel nominari poterit humano ore cum omni sua integritate sine ulla voce et aliqua dominatione inibi a me ullo modo retenta. Et ut melius hec mee bone voluntatis donatio firma et stabilis in perpetuum habeatur et teneatur confirmo propria manu mea et laudo et concedo ordinationem testamenti ejusdem viri mei et ultimam voluntatem suam sicut idem vir meus pater tuus de omni predicto regno et de ceteris statuit et ordinavit in suo testamento de quo judicium jurejurando obligatum et corroboratum est a magnatibus suis ut ordinatio et ultima ejus voluntas firma et stabilis nunc et in perpetuum firmiter persistat. Si autem te mori contingerit sine prole legitima sequatur ordinatio testamenti ejusdem viri mei patris tui inter alios fratres tuos. Si quis contra hanc hujus donationis scripturam ad infringendum venire temptaverit nullo modo facere possit sed supradicta omnia in duplo componat et insuper hoc donum omni tempore sit stabile et firmum. Actum est hoc in Barchinona XIIII kalendas julii anno dominice incarnationis M°C°LX°IIII.—Sig✠num Petronille Dei gratia regine aragonensis et comitisse barchinonensis que hoc laudo et confirmo et testes firmare rogo. Sig✠num Guillelmi barchinonensis episcopi. ✠ Setrus Dei gratia cesaraugustanus epis-

copus. Sig✠num Arnalli Mironis comitis palearensis. Sig✠num Petri de Castelazol. Si✠num Deusajuda. Sig✠num Petri Ortiz. Sig✠num Blascho Romeo. Sig✠num Exemeni de Artosella. Sig✠num Dodonis de Alchala. Sig✠num Fortuni Maza. Sig✠num Guillelmi Raimundi Dapiferi. Sig✠num Guillelmi de Castrovetulo. Sig✠num Arberti de Castrovetulo. Sig✠num Bernardi Marcucii. Sig✠num Petri Arnalli. Sig✠num Petri de Corron scriptoris qui hec scripsit cum litteris suprapositis in linea XVI et XVIII die et anno quo supra.

CLXVII.

Reg.1, fol.11. 3 y 24 octubre de 1173.

Hec est sacramentalis conditio ac legalis publicatio ultime voluntatis nobilis regine aragonensis Petronille nomine verbis tantummodo edite cujus ordo infra VI menses coram sacerdote et judice Mirone legaliter actus est. Nos scilicet magister Guillelmus et Raimundus Dalmacii presbiteri testes et juratores sumus testificamur namque jurando per Deum vivum et verum in personis trinum et in deitate unum super altare Sancti Felicis martiris quod est constructum in ecclesia beatorum martirum Justi et Pastoris infra menia urbis Barchinone supra cujus sacrosanctum altare has conditiones manibus propriis juramus quia vidimus et audivimus et presentes adfuimus quando jamdicta testatrix egritudine detenta unde obiit suis ver-

bis ordinavit suam ultimam voluntatem de honore suo et de rebus suis. Concessit domino Ildefonso filio suo regi aragonensi omne suum regnum Aragonis integriter. Dimisit barchinonensi sedi suum corpus ad sepeliendum et mandavit familiam suam induere unumquemque secundum suum valorem. Hoc totum ita ordinavit jamdicta testatrix III° idus octobris anno XXX°VII° regni Ledoici junioris. Deinde ingravescente languore quo detinebatur migravit ad Dominum eodem die et anno. Hanc igitur ipsius testatricis ultimam voluntatem nos prescripti testes sicut vidimus et audivimus in prescripto altari coram sacerdote et judice Mirone et aliis testibus clericis ac laicis veram esse fideliter corroboramus et jurando confirmamus. Hoc adjecto ut omnia sua debita et malefacta de suis rebus solvantur. Late conditiones VIIII kalendas novembris et anno prefixo. Sig✠num magistri Guillelmi presbiteri. Sig✠num Raimundi presbiteri. Nos hujus rei testes et juratores sumus. Sig✠num Petri de Rivopulli. Sig✠num Guillelmi de Alfodio. Sig✠num Raimundi primicherii. Sig✠num Petri Arberti Poncii. Sig✠num Burgetus. Sig✠num Geralli de Fexa. Sig✠num Mironis judicis. Nos qui huic sacramento presentes adfuimus.—Sig✠num Petri de Corron junioris qui hoc scripsit die et anno quo supra.

CLXVIII. (1)

Reg. 2 fol. 94. Dic. 1194.

Hec est sacramentalis conditio seu publicatio ultime voluntatis cujusdam nobilissimi Ildefonsi regis Aragonis comitis Barchinone et marchionis Provincie que est facta juxta primi ordinis modum infra spacium VI mensium sicut continetur in libro jurium de ultimis voluntatibus morienciun quam nos testes scilicet Arbertus de Castroveteri et B. de Portella testificando juramus per Deum et sancta IIII Evangelia anteposita super altare Beate Marie Magdalene quod est in ecclesia civitatis Cesarauguste que est sita juxta portam Valencie sub ordinatione Guillelmi Dei gracia ausonensis episcopi Petrique eiusdem sedis sacriste et judicis et Berengarii de Albuciano ordinarii judicis Gerunde qui vidimus et audivimus et presentes eramus quando prefatus rex jacens egritudine qua obiit in sensu

---

(1) Aunque este documento se halle en cierto modo fuera de su lugar, por la época á que corresponde; hemos creido conveniente terminar con él la coleccion de las escrituras pertenecientes al gobierno de D. Ramon Berenguer IV, ya que á ellas dimos tambien principio con el testamento de su padre, D. Ramon Berenguer III. De este modo damos una idea completa, en lo posible, de aquella época; y podrá el lector inquirir mas facilmente las causas y resultados de la union del condado de Barcelona con el reino de Aragon.

bono et memoria plena voluntatem suam nobis ordinando manifestavit sicut presens pagina inferius declaravit. Ego Ildefonsus Dei gracia rex Aragone et comes Barchinone et marchio Provincie pleno sensu et memoria facio testamentum meum et sic super Regno meo et comitatibus et universis terris quas habeo et habere debeo et rebus etiam meis mobilibus dispono prout inferius declaratum est. Primum quidem in hujus ordinacione testamenti eligo manumissores meos R. Tarrachone archiepiscopum Gobaldum ilerdensem et Richardum oscensem episcopos et magistrum milicie et Petrum abbatem Populeti quibus precipio ut si me mori contigerit antequam aliud testamentum faciam res quas hic dispono meas sicut in presentiarum subscribitur pro libertate regni celestis adipiscenda et ob remedium anime mee meorumque parentum fideliter distribuant. Dimitto siquidem corpus meum domino Deo et beate Marie semper virgini ad sepeliendum in monasterio Populeti. Dono etiam atque concedo eidem monasterio imperpetuum regiam coronam meam. Dono iterum et concedo eidem monasterio dominicaturam meam de Vineros cum omnibus terminis suis et pertinenciis in francum alodium ad faciendam propiam voluntatem eorum et totam integre vineam meam de Palomera in territorio ilerdensi. Dimitto et dono domui milicie templi dominicaturam meam de Canibor cum omnibus suis terminis et pertinenciis in franchum alodium et unum equum bonum cum tota integre armatura mea. Concedo necnon eidem domui quidquid mobile et inmobile a me vel ab antecessoribus meis eidem est atributum seu collatum. Dimitto et dono domui Hospitalis Ihierosolimitani in servicium

pauperum castrum Sancti Petri de Calanda cum terminis suis et pertinenciis et omem meam medietatem illius donativi quam retinui in Monte Rubeo et terminis ejus sicut continetur in carta archiepiscopi et clericorum Tarrachone quam eis quondam fieri feci. Concedo etiam domui Hospitalis et dono quidquid ego juris habebam vel habere poteram in omnibus illis que ex parte Petri Teresie et ejus voce aut alia aliqua racione eis exigebam super hiis que ipsi modo tenent et habent. Concedo necnon et auctoritzo eidem domui Hospitalis quidquid mobile et inmobile a me vel ab antecessoribus meis eidem est atributum et collatum aut quocumque modo ipsi habeant et teneant per donativum vel sine donativo. Dimitto ecclesiis beatorum Petri et Pauli apostolorum Rome unicuique calicem et turibulum de octo marchis argenti et sit calix bene deauratus. Dimitto domino pape quingentos aureos in ornamentis sue capelle. Dimitto ecclesie Sancti Dominici Sepulcri villam de Palafrugello et villam de Lofredo post obitum Dalmacii de Palaciolo cum suis terminis et pertinenciis ad stabiliendum per manum prioris a conventu Sepulcri V sacerdotes imperpetuum unum ante altare majus in capite alium ante altare Dominici Sepulcri alium ante altare Sancte Crucis alium ante altare Virginis Marie in valle Josaphat alium ante altare Nativitatis in Bethleem: qui utique sacerdotes stabiliantur a predictis manumissoribus meis per ecclesias Sepulcri in terra mea de redditibus predictarum villarum usque dum terra Ihierosolimitana per graciam Sancti Spiritus a christianis sit recuperata. Dimitto ordini de Cistello quingentos morabetinos ut ex hiis et ex aliis mille morabetinis quos jam ibi dedi

ematur tantum honoris de redditu cujus totus conventus Cistelli semel in anno honorifice pascatur ad annuam ipsius congregacionem. Dimitto preterea jamdicto ordini mille morabetinos ad emendum incensum quod per omnes ipsius ordinis abbatias distribuatur: obsecro tamen humiliter conventum ut tanquam unum ex fratribus orationum et beneficiorum in predicta domo et in membris ejus participem me constituant quemadmodum michi jam dederunt et concesserunt. Dimitto ordini Grandimontis quingentos solidos in redditu in villa Amiliani sicut jam eis a me statutum est in completum de quibus semel in anno conventus honorifice pascatur ad annuam ipsius congregacionem. Dimitto etiam eidem ordini CCC morabetinos pro incenso emendo: et deprecor humiliter conventum ut tanquam unum ex fratribus oracionum et beneficiorum in predicta domo et in omnibus membris ejus participem me constituant quemadmodum michi dederunt et concesserunt. Dimitto ordini de Cartoxa mille morabetinos ut ex eis tantum emant honoris de cujus redditu totus conventus honorifice semel in anno pascatur ad annuam ipsius congregacionem: et deprecor humiliter conventum ut tanquam unum ex fratribus oracionum et beneficiorum in predicta domo et in omnibus membris ejus participem me constituant quemadmodum michi jam concesserunt. Dimitto monasterio de Scala-Dei quod de novo hedificari facio ad ipsum complendum si tunch completum non esset mille morabetinos: et si esset completum dimitto CL morabetinos ad unam candelam perpetuo illuminandam. Dimitto monasterio quod de novo fieri debet in Pals vel in Petra vel in quolibet alio loco ad edificandum illud mille

morabetinos. Dimitto in redempcionem captivorum christianorum mille morabetinos: et volo et mando quod omnes sarraceni mei dentur redempcioni et tota eorum redemptio detur in redemptionem christianorum set et si quis christianus esset in captione mea aut aliquis christianum per me vel occasione mei captum teneret mando firmiter quod sit solutus et liberatus. Dimitto mille morabetinos ad emendum thus de quo distribuantur CCC morabetinos priori Montserrato et CCC ordini de Cartoxa quatuor ceteri vero residui distribuantur per loca religiosa et per ecclesias Cathalonie et Aragone sicut predicti noverint manumissores. Dimitto Sancte Marie Rivipolli omnia mea molendina de Ripis que habeo in terminis ipsius castelli in recompensationem sepulture mee et reddo eis honorem de Barbastro sine aliqua retencione et quidquid etiam aliud in Montissono et in aliis locis terre mee habent et habere debent et etiam quidquid excambiatum michi fuit ab eis in quolibet loco totum eis concedo et excambium et totum aliud quod pro excambio michi dederant alicubi. Dimitto ecclesie Tarrachone CCC solidos imperpetuum in redditibus meis propriis Tarrachone ad operam ipsius ecclesie donec sit hedificata posteaque eidem remaneat ecclesie sub eo pacto quod teneant et stabiliant unum sacerdotem qui imperpetuum celebret divinum officium pro anima mea meorumque parentum et quod archiepiscopus quicumque fuerit tam per se quam per omnes successores et sufraganeos similiter suos per ecclesiasticum rigorem faciat hoc testamentum ratum haberi et inconvulsum et imperpetum observari bona fide in quantum sibi permissum est secundum auctoritatem ecclesiastice censure. Dimitto singulis

sedibus quatedralibus Aragone et Cathalonie CL vel CC morabetinos sicut manumissores cognoverint ad stabiliendum in singulis unum sacerdotem qui perpetuo divinum oficium celebrent pro remedio anime mee meorumque parentum preter in illis in quibus jam stabilitus est. Dimitto ecclesie Dertose ecclesiam de Alchesar cum omnibus suis ecclesiis et pertinenciis imperpetuum eo pacto quod unum sacerdotem teneant et stabiliant imperpetuum preter illum qui jam stabilitus est. Dimitto monasterio Sancti Cucufati CL morabetinos ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum. Dimitto ecclesie Ville Bertrandi CL morabetinos ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum. Dimitto opere de Sanctis Crucibus mille morabetinos eo modo quod jam statutum est per meam cartam et exceptis illis qui tunc soluti fuerint detur eis complementum M morabetinos in eo loco Montis Albi quo accipere consuevere et CL morabetinos ad unam candelam perpetuo illuminandam. Dimitto monasterio Sancti Felicis de Cadinis CCC morabetinos et Vallibone CC morabetinos qui dentur in rebus perpetuo permansuris eisdem monasteriis juxta arbitrium manumissorum. Dimitto singulis abbatiis Cathalonie L morabetinos et prioratibus XX ut dentur in ornamentis suarum ecclesiarum. Dimitto monasterio Sancti Johannis de Pinna CL morabetinos ad unum sacerdotem ibidem perpetuo stabiliendum. Dimitto etiam et absolvo eis omnem honorem emparatum a me ipso in Montisono et in aliis quibuslibet locis. Dimitto monasterio Sancti Salvatoris de Lerins CL morabetinos ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum. Dimitto monasterio de Peraman CL morabetinos ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum et tres

bonos xarricos unum in Morata alium in Mediana et alium in Placentia. Dimitto Sancto Victoriano CL morabetinos ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum. Monasterio de Betola CL morabetinos ad candelam perpetuo illuminandam. Monasterio de Junchera CL morabetinos ad candelam perpetuo stabiliendam. Dimitto ad complendum monasterium de Monte Cay de fratribus ordinis Grandi Montis CCC morabetinos. Dimitto monasterio de Casulis CL morabetinos ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum concedens et autorizans imperpetuum quecumque ei data sunt et concessa. Dimitto monasterio de Sexena Untinenam cum pertinenciis suis et totum hoc quod habeo in Alcoerre et in terminis ejus post obitum Lupi de Foz ad unum sacerdotem et candelam perpetuo stabiliendos. Dimitto ecclesie Sancte Marie de Pinna de Calatajub L morabetinos. Dimitto monasterio Sancte Crucis monialium CL morabetinos ad sacerdotem stabiliendum. Concedo Sancte Marie de Tirasona illam donacionem quam ei feci ad candelam unam perpetuam illuminandam et dimitto ibidem unum calicem argenti de duabus marchis. Dimitto ecclesie Sancti Salvatoris de Cesaraugusta unum calicem argenti de tribus marchis deauratum et turibulum de tribus marchis et unam pixidem de una marcha qua Sacratisimum Corpus Christi reponatur. Concedo Sancte Marie de Cesaraugusta villam de Mareta cum omni jure meo ad candelam perpetuo illuminandam et dimitto ibidem unum calicem de tribus marchis et unum turibulum de tribus marchis et unam pixidem de una marcha. Dimitto monasterio de Xalamera CL morabetinos ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum. Dimitto Sancte Marie de

Monte-Serrato CL morabetinos ad sacerdotem perpetuo stabiliendum. Dimitto Sancte Marie de Roquetta CL morabetinos ad sacerdotem perpetuo stabiliendum. Dimitto Sancte Marie de Solsona unam candelam perpetuo stabiliendam de redditu honoris quem ibi dedi in Maresana de Pratis. Dimitto unicuique heremitarum de terra mea qui non egressi sunt monasteria inobedienter viginti morabetinos in ornamentis ecclesie sue. Dimitto altari dominici Sepulcri calicem unum auri de quator marchis unum turibulum argenti de quator marchis unam pixidem auri de una marcha qua Sacratissimum Corpus reponatur. Altari Sancte Marie de Bethlem unum calicem et turibulum de octo marchis argenti et pixidem de una marcha. Altari Sancte Marie de valle Josaphat unum calicem et turibulum argenti de octo marchis et pixidem de una marcha. Sancte Marie de Podio unum calicem et turibulum de octo marchis argenti et pixidem unius marche. Sancte Marie de Rochamador unum calicem et turibulum de octo marchis argenti et pixidem unius marche. Sancto Thome de Cantuaria unum calicem et turibulum de octo marchis argenti et pixidem de una marcha. Sancto Jacobo apostolo unum calicem et turibulum de octo marchis et pixidem de una marcha. Sancto Nicolao de Bar unum calicem et turibulum de octo marchis argenti et pixidem unius marche. Dimitto ecclesie Sancti Angeli de Monte Gargano unam lampadem de novem marchis argenti et CC morabetinos ad candelam unam perpetuo ibidem stabiliendum. Concedo monasterio Fontis Frigidi honorem illum quem dedi ibi ad candelam perpetuo illuminandam et unum calicem de quator marchis. Dimitto domui

pauperum Sancte Christine pro servicio quod michi fecerunt et ob remedium anime mee meorumque parentum CCC solidos de redditibus in villa Jacce in propriis meis et juste redditibus aut leuzdis imperpetuum. Adhuc vero volo et mando quod omnes predicte dimissiones persolvantur de redditibus meis Dertosse et de Azcon et de toto redditu de Seros et de medietate omnium reddituum Terrachone Cervarie Tarrage et Montisalbi et de omni redditu Ville Majoris et Terracia et Calidis et de Osor post obitum Dalmacii de Crexell et de Ripis et de Pratis post obitum Guillelmi de Montepessulano et Agnetis uxoris sue et de medietate reddituum Ceritanie et Confluentis et de omni redditu castri et ville de Pinna et de omni redditu castri et ville de Mediana et castri et ville de Pratella et de omni redditu molendinorum Barchinone et Lobricati et molendinorum Gerunde et de tota medietate questie judeorum Aragone et Cathalonie. Joye vero mee et anuli et tabule auree ceteraque amminicula mea et munuscula et omne meum mobile et bestiarium vendatur juxta consilium manumissorum de quorum precio dentur quingentos morabetinos pauperibus et leprosis similiter quingentos residuum vero addatur dimissionibus supradictis juxta arbitrium eorundem manumissorum. Precipio etiam quod si in vita mea non fuerit stabilita lampas Sancti Jacobi et Sancte Thome de Cantuaria post obitum meum compleatur et stabiliatur. Mando etiam et precipio quod omne bestiarium meum quodcumque vel ubicumque sit vendatur et precium detur ad complendum solucionem supradictarum dimissionum. Precipio similiter quod omnia debita illa de quibus per me ipsum teneor primum ante

omnia de istis predictis redditibus persolvantur posteaque ipsi redditus predicti dividantur et distribuantur in supra memoratis distribucionibus et dimissionibus pro ut superius declaratum est Si quis autem querimoniam de me haberet de injuria vel de exheredatione quam ego ei facerem mando domine Sancie regine uxori mee et filio meo regi Petro et rogo etiam omnes manumissores meos prenominatos ut juxta arbitrium duorum proborum ac legitimorum militum et juxta cognicionem duorum vel trium manumissorum inquisita rei veritate omnis injuria vel exheredatio honoris vel averi ita integre conquerenti resarciatur vel emendetur quod plenam inde faciant absolucionem et remissionem anime mee meorumque parentum. Mando insuper ut si que leuzde novelle aut prave consuetudines in tota terra mea inoleverint aut a me constitute fuerint prorsus deleantur et cassentur. Preter hoc vero eligo quator manumissores in Provincia archiepiscopum aquensem et forojuliensem et Antipoli episcopos et magistrum milicie per quorum arbitrium et consilium distribuantur et dividantur ea que michi retineo pro anima mea in comitatu Provincie videlicet LX. milia solidorum malgarensium in meis justis redditibus usque ad VI annos de quibus per singulos annos VI recipiantur decem milia solidorum ac distribuantur a predictis ob remedium anime mee meorumque parentum ita videlicet quod persolutis primum meis debitis in Provincia postea distribuant predicti manumissores ecclesie arelatensi mille solidos ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum ecclesie aquensi mille solidos melgarenses ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum et VII marchas argenti ad unum calicem et

turibulum. Dimitto etiam ecclesie Sancti Victoris de Marsilia redditum CCC solidorum imperpetuum in loco competenti prout prenominati decreverint manumissores ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum et dimitto eidem preterea M solidos ad alium sacerdotem stabiliendum. Dimitto monasterio de Lerins mille solidos melgarenses ad unum sacerdotem perpetuo stabiliendum. Dimitto ecclesie Forojuliensi M solidos ad alium sacerdotem perpetuo stabiliendum et VII marchas argenti pro calice et turibulo. Dimitto sedi Antipolis mille solidos pro quodam presbitero stabiliendo et VII marchas argenti ad unum calicem et turibulum. Si vero istos mille solidos nollent accipere ad stabiliendum sacerdotem predicte ecclesie manumissores jamdicti vel addant quod addendum decreverint vel predictos mille solidos distribuant aliter aliis locis vel in eisdem pro anima mea. Dimitto omnibus aliis sedibus quathedralibus Provincie M solidos melgarenses ad unum in unaquaque sacerdotem stabiliendum imperpetuum et VII marchas argenti pro calice et turibulo supradicto modo et condicione. Dimitto monasterio de Cornete ad unam candelam perpetuo stabiliendam: monasterio de Silva Cana mille solidos ad unam candelam perpetuo stabiliendam: prioratui de Montecreu D solidos in ornamentis ecclesie: et Alaverna D solidos pro ornamentis ecclesie. Ecclesie Perpiniani CCC solidos pro duobus calicibus: et singulis aliis abbatiis et prioratibus Provincie CC solidos pro calicibus: de residuo vero emendent meas injurias predicti manumissores juxta arbitrium suum vel baronum vel clericorum Provincie qui per manum eorum ad hec electi forent. Si vero predicta non suficerent ad persolvendum

debita mea in Provincia et dimissiones predicti manumissores accipiant postmodum singulis annis X millia solidorum usque dum omnia supradicta in integrum sint persoluta: videlicet in pedatico de Aquis duo millia solidorum de Grassa cum toto Episcopatu duo millia solidos de Forojuliensi duo millia solidos de Aquensi MM solidos de Regnensi MM solidos. Mando preterea quod sique lezde de novo vel alique prave consuetudines a me constitute fuerint in Provincia prorsus deleantur et cassentur. Retineo etiam michi in partibus Amiliani et Gavaldani XII mille solidos melgarenses per quator annos de justis et propriis redditibus meis et racionibus recipienda per manum quoque magistri Milicie in partibus illis: de quibus solutis primum meis debitis in terris illis distribuantur cetera ab ipso magistro Milicie in hunc modum: ecclesie Numatensi M solidos ad sacerdotem perpetuo stabiliendum: ecclesie Amiliani mille solidos ad sacerdotem perpetuo stabiliendum: ecclesie Rodensi M solidos ad sacerdotem perpetuo stabiliendum: hospitali de Albrach mille solidos ad sacerdotem perpetuo stabiliendum: monasterio Bonauda D solidos in ornamento sue ecclesie: singulis aliis monasteriis prioratibus et hospitalibus fundatis in predictis terris CC solidos in ornamentis ecclesie. Residuum vero si quid est distribuatur injuriis meis juxta arbitrium ipsius magistri cum duobus probis hominibus ipsius terre. Si vero deesset addantur MM solidos de supradictis redditibus singulis annis usque dum supradicta in integrum sint persoluta et completa prout in superioribus difinitum est et declaratum. Dimitto monasterio de Grassa CC solidos de redditu. Monasterio de Sancti Michaelis de Coxano CC

solidos de redditu. Monasterio de Arles CC solidos de redditu. Monasterio Sancti Andree CL solidos de redditu. Monasterio de Monte Canigon CL solidos de redditu. Monasterio de Campo Retundo CL solidos de redditu. Prioratui de Corliniano CL solidos de redditu. Hec omnia stabiliantur a manumissoribus meis prout melius viderint et cognoverint in meis propriis redditibus Ceritanie et Confluentis et totius Rossilionis. Tandem rogo humiliter et obsecro in caritate et misericordia omnes archiepiscopos episcopos et universos terre mee prelatos abbates prepositos et priores de tota terra mea Aragonis Cathalonie Provincie Amiliani Gavaldani et Rodensis ut ab unoquoque sacerdote sue diocesis in remissione pecatorum meorum et parentum viginti misas faciant ad obitum meum celebrari. Et predicti manumissores sine intermissione aliqua hec fieri faciant et compleri ab omnibus prelatis quam citius poterint: hiis vero completis rogo humiliter magistrum milicie et omnes fratres ut propter amorem qui semper enituit inter patrem meum et me et illos omnes redditus supradictarum terrarum Aragonis et Cathalonie et aliarum similiter et etiam totum illud avere et pecuniam quod ad opus mei retineo colligant integre et recipiant dividant et distribuant prout superius declaratum est juxta consilium et mandatum supradictorum manumissorum. Et si omnes insimul interesse non poterint aut in aliquo dissentirent fiat secundum saniorem partem eorum qui fidelius et rectius ob remedium anime mee meorumque parentum dividerent et distribuerent. Ad ultimum vero in hoc presenti testamento illustrem filium meum regem Petrum instituo heredem in toto reg-

no meo Aragonis cum omnibus suis terminis et pertinentiis et in toto comitatu Barchinone cum omnibus terminis et pertinentiis suis et cum omni suo jure et directis et in comitatu Rossilionis cum omnibus terminis suis et pertinentiis et in comitatu Ceritanie et Confluentis cum omnibus terminis et pertinentiis suis et cum omni jure suo et directis et comitatu Palariensi cum omnibus terminis et pertinentiis suis et cum omni jure suo et directis et in tota Cathalonia et in omnibus que habeo et habere debeo in predicto regno et per regnum et in omnibus predictis comitatibus et per comitatus et etiam in omnibus illis directis et jure que habeo et habere debeo per me et per antecessores meos et per prememoratos comitatus in omnibus terris a civitate Biterrensi usque ad portus Aspe. Alium autem filium meum Aldefonsum instituo heredem in toto comitatu Provincie cum omnibus suis terminis et pertinentiis et in toto comitatu Amiliani Gavaldani et Rodonensi cum omnibus eorum terminis et pertinentiis et cum omni jure et directis que habeo et habere debeo per me et per predecessores meos in illis comitatibus et per illos comitatus et etiam in totum illud jus quod dominus Montis Pessulani tenet per me. Alium vero filium meum minorem Ferrandum nomine offero Deo et beate Marie ut sit monachus in monasterio Populeti. Verum si unus predictorum duorum obierit quod Deus avertat sine masculo et legitimo herede totum alteri revertatur sine aliqua retencione: et si filia superstes fuerit sit honorifice maritata quemadmodum ad eam pertinuerit. Si vero quod absit duo filii mei morerentur sine masculis et legitimis heredibus et alius filius meus

superesset predicta omnia eidem integre remaneant et revertantur: si vero aliquis non superesset filius quod Deus nolit sed tantum filia revertatur eidem filie totum regnum et omnes predicti comitatus cum omnibus supradictis: et si non habuerit virum ducat cum consilio et voluntate manumissorum archiepiscoporum baronum et militum et proborum hominum terre mee. Dimitto autem illustrem filium meum regem Petrum cum regno Aragone et Cathalonie et cum omnibus aliis in posse et custodia domine Sancie regine illustrissime uxoris mee ita ut totum teneat et habeat donec filius meus rex Petrus etatis sit regnandi viginti scilicet annorum: rogo tamen et diligenti peto obsecracione ut domina Sancia regina illustrissima uxor mea propter fedus amoris et vinculum dileccionis quod est inter me et illam et semper enituit post obitum meum vivat domina et regina pre omnibus honoranda caste et sine marito: cumque prenominatus rex Petrus filius meus fuerit etatis regnandi viginti scilicet annorum vivat predicta regina continens ut dictum est et honeste sine marito habeatque integre et sine contradiccione suum sponsalicium quod ego sibi feci dedi et concessi sicut continetur in carta a me sibi concessa et corroborata sive recipiat habitum religionis sive non: sed post ejus obitum revertatur totum integre jamdicto filio meo regi Petro et ejus successoribus. Alium vero filium meum Aldefonsum comitem Provincie cum tota terra sua jamdicta dimitto similiter in posse et custodia matris sue regine donec sit XVI annorum sed interim comitet ipsum cum tota terra sua in procuràcione cujusdam fidelis quem et qualem ipsamet domina regina cum manumissorum

consilio elegerit de Aragone aut de Cathalonia. Mando insuper illustri filio meo Petro quod de omnibus illis dimissionibus et lexis quas facio in hoc testamento que sunt de honore sponsalicii matris sue reddat eidem tantundem de meis propriis redditibus: si ipsa vero hoc nollet restituat ei predictum honorem sponsalicii et de aliis redditibus meis restauret predictas dimissiones et lexias. Preter hec vero humili rogo deprecacione dominum Papam ut hoc testamentum sicut superius declaratum est sua roboret auctoritate et confirmet: adversus quod si quis vel si qua vel etiam filius meus rex aut alius filius Aldefonsus vel quilibet alius heres venire temptaverit subiciat illum et totam terram ejus perpetuo anathemati et a Sacro Corpore Christi faciat eum alienum donec digna satisfaccione recipiscat. Volo insuper mando et rogo dominam Sanciam reginam illustrem uxorem meam quod hoc totum sicut superius dictum est et declaratum teneri faciat et observari. Rogo similiter Terrachone archiepiscopum et omnes alios manumissores ceterosque prelatos totius terre mee Aragonis Cathalonie Provincie Gabaldani et Rodensis quod hec omnia supradicta teneri faciant et observari censura ecclesiastici rigoris et etiam si quis contra hoc testamentum venire aut aliquo modo infringere temptaverit perpetuo nisi recipuerit ipsum et totam terram ejus subiciant excomunicationi et cum Datan et Abiron in lacu mortis inferioris partem recipiat. Mando preterea illustribus filiis meis regi Petro et comiti Aldefonso ut per filialem fidem qua michi tenentur et astringuntur hoc testamentum sicut in supradictis ordinatum est ratum firmum et inconvulsibile teneant et observent imperpe-

tuum et teneri faciant et observari. Tandem vero notanda est omnibus manumissoribus voluntas mea quod si quod vel si qua de supradictis estabilimentis aut dimissionibus completum vel completa fuerit ante obitum meum volo et mando quod ab hoc cadat vel cadant testamento et si quid defuerit compleant et compleri faciant omnibus modis. Datum Perpiniani anno Domini millessimo CXCIIII mense Decembris. — Signum ✠ Ildefonsi regis Aragone comitis Barchinone et marchio Provincie qui hoc testamentum laudo et confirmo et a predictis firmari rogo. — Signum ✠ infantis Petri Dei gratia filii regis Aragone qui hoc testamentum laudo et confirmo et tactis Sacrosanctis juro propriis manibus illud tenere et observare. — Testes siquidem sunt Arbertus de Castroveteri Bernardus de Portella Gaufredus de Rochabertino Dalmatius de Crexell Guillelmus de Crexell Petrus de Turricella Assalitus R. de Urg Guillelmus de Granata Arnaldus de Foxano B. de Bellostare Guillelmus Durfortis Stephanus de Maurimon. — Sig✠num Petri de Blandis notarii domini Regis qui mandato ejus hoc testamentum scripsit die et anno et mense quo supra.

Fin del tomo iv.

ÍNDICE

DE LOS

documentos y demás materias que comprende este tomo.

PAG.

Pag.

PAG.

Pag.

Fin del Indice.

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY